


2150. LONGHI GIORGIO. De Anvls signatoriis antiqvorvm sive De vario obsignandi ritu Tractatus. Avthore Georgio Longo Sacerdote Doctore, & Ambrosianae Bibliothecae Custode Primo. Mediolani, Heredes quondam Pacifici Pontij, & Ioannes Baptista Piccaeus, M.D.CXV. (1615).

In-24° (antico in-8°). Pagine: 16+139+(1 con l'errata)+(2 bianche). Marca tipografica (simile alla fenice giolitina) sul frontespizio. Legatura recente in mezza pergamena. Alcuni fregi a penna sul frontespizio. Precedono l'operetta la dedica dell'autore a Ludovico Besozzi, conservatore della Biblioteca e del Collegio Ambrosiano, ed alcuni componimenti poetici di Benedetto Sossago, Dottore dell'Ambrosiana, Felice Osio, professore di eloquenza, Francesco Picinelli e Gerolamo Borsieri.

* Predari non cita quest'opera.

* Argelati, 813.

* Picinelli, Atheneo, 252.



2150 TONICHI GIORGIO De Anelli *cinquantesimo* circa De

JSL
RTL014879

128
DE ANVLIS
SIGNATORIIS
ANTIQRVORVM

S I V E

De vario obfignandi ritu
Tractatus.

AVTHORE GEORGIO LONGO
Sacerdote Doctore, & Ambrosianæ
Bibliothecæ.

Custode Primo.

CVM PRIVILEGIO.



M E D I O L A N I,

Apud her. quon. Pacifici Pontij, & Ioannem
Baptistam Piccaleum M. D. CXV.

117 [1615]

Handwritten decorative flourish or signature in a cursive script, running vertically down the right margin.

2
Ego Nicolaus Bottius è Societate Iesu Theologus, es
vnus ex Deputatis in Congregatione pro indice
librorum prohibitorum in Archiepiscopali Palatio
Illustriss. Cardinalis Borromæi, legi presentem
tractatum de Anulis compositum à D. Georgio
Longo, & nihil in eo inueni bonis moribus, aut
Catholica Fidei repugnans; dignumq; censeo, vt in
gratiam Eruditorum Typis mandetur; in cuius
rei fidem hinc mea manu nomen meum subscripsi.
Dat. Mediolani hac die vltima Augusti anni
1614.

Nicolaus Bottius.

Imprimatur

Fr. Aloysius Bariola Augustinianus Consultor
S. Offitij pro Reuerendis. Inquisitore.

Al. Boscius Can. Ordin. Theol. pro Illustriss.
Cardinali Archiep.

Vidit Saccus pro Excellentiss. Senatu.



Perill. Domino


LVDOVICO BESVTIO

I.V.D. Prothonotario Apostolico

Primarij Templi Mediolanen.

Can. Ordin.

Et ex Bibliothecæ Collegijq; Ambrosiani
Conseruatoribus.



Georgius Longus Fælicitatem.

IN maximis occupatio-
nibus, quibus pro mu-
neris mei partibus iam-
pridem in Ambrosiana
Bibliotheca distineor, hunc qualem-
cunque de varijs antiquorum obsi-
gnandi ritibus libellum horis subsec-
cuius, & diurna obseruatione elu-

†

2

cubra-

4
cubratum clarissimo nomini tuo in-
scribere decreui: non tam, vt mei in
humaniores literas studij industrięq;
specimen præberem, quàm vt ipse,
cuius multa, eaq; præclara extant in
me, & Bibliothecam ipsam officia,
meæ erga te obseruantia testem, ob-
sidemq; haberes. Hunc autem
conuenientiùs tibi impertire visi-
est, ne, dum ex sanctiore illo libi-
rum Aerario anulos, te in scio, depro-
mo, qui ei summa cum laude, om-
niumquè approbatione Conservator
præsides, iure tuo me furtiui probri
in simulare posses. Cùm igitur con-
siliij mei rationem habeas, magnitu-
dinis animi tui erit, & humanitatis,
quam Maiorum splendori pulcher-
rimè sociasti, non quid, sed quo ani-
mo adferam, attendere. Neq; enim id
ago, vt tam exili munusculo nexu me
exol-

3

exoluam, sed vt ingenua bonæ copiæ
eiuratione , quantum tibi à me de-
beatur, omnes intelligant. Ego in-
tereà (quod affiduè facio) Deum
Oprimum Maximum deprecabor, te
mihi , & Bibliothecæ incolumem
quàm diutissimè seruet . Ex Acidi-
bus eiusdem Bibliothecæ Kal. Iunij
M. DC. XV.



6
AD EVNDEM
BENEDICTI SOSSAGI
Collegij Ambrosiani Doct.

EPIGRAMMA
De libello.

O Decus Insubriae, mens ò gratissima calo
Magnorum magnus sanguis habendus auo.
Ab vellem tibi ritè memor sacrasse Besuti
Nomine sacra tuo, qualia Longus habet.
Nostra quidem prater solitum linescere visa
Pieris, & subita palluit inuidia:
Nomine quippe tuo doctum radiare libellum,
Inuidit, cuius luce superbus eat.
Quàm bene signatis voluit te insculpere gemmis
Debuit in gemma viuere gemma virum.
Clarius aspiciet nil tanto nomine Phæbus,
Cultius hoc Phæbus nullibi spectet opus.



FELICIS OSII⁷

In Collegio D. Simonis Elo-
quentiæ Professoris.

EPIGRAMMA.

In librum de Anulis Signatorijs Georgij
Longi, Ad Typographum.

Scriptorem decorat Liber, hic decoratur ab illo,
Alter, & alterius clarus honore nitet.
Annulus en Liber est, par scriptor gemma libello,
Inq; vicem amborum fulget utrinq; iubar.
Gloria quanta tua est Piccalea? Iungis, & vnus
Amborum Terris tu decus omne aperis.



8
PRESBYTERI FRANCISCI
Picinelli.
EPIGRAMMA.

Annulus hic varios Priscorum colligit usus,
Virtutisq. simul mystica plura sua.
Si titulum spectas; forsitan res parua videtur.
Ne titulo credas, perlege, maior eris.
Aspice, quam series ingens versata librorum;
Aspice doctrinae flumina quanta fluant.
Vt lepido sapiens; vt dimicet vtile dulci.
Quidq. magis praestet, non bene dispicias.
Annulus hinc omnes passim voluetur in annos,
Et tibi scriptori viuere, **LONGE**, dabit.



HIERONYMI
BORSERII

DE LIBELLO

Emblema.

Signa dedite Longus, Longo se signa dedere.
Hinc decus ad summum transtulit arma fides
Felix certamen. Fundat iam Phosphorus aurum.
Exiguo in signo maxima signa latent.





INDEX AVCTORVM

In hoc libello citatorum.

- A**mbrosius. 40. 77.
Ammianus Marcellinus. 54.
Abbas Panormitanus. 98.
R. Abraham. 36.
Abrahamus Gorlaeus. 42.
Achilles Statius. 57.
Adrianus Iunius. 14.
Adrianus Turnebus. 63.
Aelianus. 32. 71.
Albertus Pighius. 8.
Alchernius. 4.
Alexander ab Alexandro. 15. 21. 28. 35.
Alexander Imolensis. 34.
Alexander Neapolit. 42.
Alexander Trallianus. 40.
D. Ambrosius. 40. 77.
Ammianus Marcellinus. 54.
Anacreon. 113.
Andreas Alciatus. 114.
Antonius Bonfinius. 49.
Antonius Guevarra. 36.
Appianus Antiquarius lat. 8.
Appianus historicus Græcus. 27. 92.
Appion. 32.
Apuleius. 2. 34. 91. 101. 108. 114. 121.
Aristophanes. 48. 106. 111.
Aristoteles. 5. 39. 106.
Arnobius. 90.
Artemidorus. 25.
Asconius Pedianus. 88. 95.
Athenæus. 58. 110. At-

- Atteius Capito. 15. 16. 26. 42.
 D. Augustinus. 2. 45. 52.
 Aulus Gellius. 8. 32.
 Aufonius. 52.
- B**
- B** Arnabas Briffoni-
 us. 72. 96. 99.
 Bartholomæus Angli-
 cus. 70.
 Beatus Rhenanus. 109.
 Beda. 4. 118.
 Benedictus Perrerus.
 72.
 Bibliotheca Ambrosia-
 na. 19.
- C**
- C** Aelius Calcagni-
 nus. 64.
 Cælius Rhodiginus. 6
 37.
 Cæsar Baronius. 42. 79.
 Callistratus. 10.
 Calphurnius. 113.
 Cætolus Sigonius. 27.
- Cato. 16.
 Cicero. 1. 5. 19. 22. 23.
 34. 38. 55. 56. 61. 62.
 63. 64. 67. 72. 78. 81.
 83. 84. 85. 86. 88. 92.
 95. 96. 108. 110. 116.
 119. 120.
 Clemens Alexandrinus
 15. 30. 33. 42.
 Codex Theodosianus.
 75. 91. 101. 116.
 Colomanus Rex. 59.
 Concilium Aurelianē-
 se. 45.
 Concilium Chalcedo-
 nense. 79.
 Concilium Toletanū.
 115.
 Cornelius Tacitus. 28.
 57. 92. 99. 107.
 Ctesias. 21.
- D**
- D** Aniel Propheta.
 107.
 Decretum 3.
 Demosthenes. 12.
 Digestum. 17. 18. 24. 29.
 88. 94. 102. 103. 116.
 120.
- Dio.

Dio. 10. 22. 27. 37. 67.

114.

Dio Chrysoftomus. 119

Diodorus Siculus. 22.

37.

Dionysius Halicarnas.

53. 55.

E

E Pigrammata Graeca. 6.

Eratoſthenes. 10.

Eſther. 21.

Ethymologici auctor.

48.

Euthathius. 14. 48.

Exodus. 13.

F

F Abius. 84.

Felinus Sadeus. 80.

Festus. 89.

Flavius Voſpicus. 17.

24.

Franciſcus Hotomanus. 95.

Franciſcus Iuretus. 72.

G

G Aius. 103.

Galenus. 112.

Genesis. 11. 12. 79.

Gothofredus. 30.

Gregorius Nyſſenus.

45. 109.

Guidus Pancirolus. 75.

Gulielmus Budeus. 15.

47.

Gulielmus Stuchius. 8.

H

H Egeſippus. 22.

Herodianus Ale

xandrinus. 52. 119.

Herodotus Halicarnas

ſer. 61. 67. 68. 69.

D. Hieronymus. 4. 95.

79.

Hieronymus Boſſarius

43.

Hieronymus Carda-

nus. 39.

Hieronymus Oſorius.

71.

Homerus. 13. 14. 51.

Horatius. 23. 77. 78. 82.

103. 110.

12

I

Iacobus Cuiacius. 14. 16. 72. 94. 101.
 Iacobus Gretferus. 36.
 44. 101.
 Iacobus Pamelius. 109
 Iacobus Rebuffus. 80.
 Ianus Gruterus. 8. 25.
 Ieremias Propheta.

34.

Io. Baptista à Porta.
 72.

Io. Boemus. 30. 49.

Io. Brodeus. 6.

D. Io. Chryfostomus.
 45. 102.

Io. Meurfius. 35.

Io. Oinotomus. 17.

Io. Xiphilinus. 22.

Io. Zonaras.

Ioseph Iudæus. 37.

Isaacus Casaubonus.
 3. 17.

D. Isidorus Hispalen-
 sis. 2. 4. 18. 27. 30. 31.

34. 90. 113.

Iulius Cæsar. 81. 104.

Iulius Capitolinus. 52.

Iulius Frontinus. 71.

13

Iulius Paulus. 81. 102.

103. 104.

Iulius Pollux. 33.

Iulius Solinus. 4. 42.

Iustinianus. 93. 94.

Iustinus Historicus. 22.

Iustus Lipsius. 46.

Iuuenalis. 12. 29. 64.

77. 88. 91. 99. 100.

111. 112.

L

Labeo. 114.

L. D. Ladislaus. 58.

Leuinus Lemnius. 40.

Lucanus. 78.

Lucianus. 38. 40. 61.

63. 64.

Lucilius. 34.

Ludouicus Lana. 101.

Ludouicus Romanus.

60.

Lycophon. 10. 48. 107

M

M Achabeorum li-
ber. 21.

Macrobius. 6. 15. 26.

33. 35. 42.

Mar-

Marculphus. 96.

Marcus Antonius Mur-
retus. 49.

Mardobæus. 41.

Martialis. 6. 41. 95. 97.

98. 111. 114. 113.

110. 106.

Martianus Cappella.

34.

Martinus Cromerus .

62.

D. Matthæus. 117.

Matthæus Raderus . 6.

Menander Poeta. 106.

N

Nicephorus Cali-
stus. 117.

Nicolaus Cragius . 28.

Nonnius. 38.

O

ORigenes. 11.

Orus Apollo .

43.

Ouidius. 41. 57. 64. 77.

99.

P

PApinianus. 24. 104.

120.

D. Paulus. 121.

Paulus Coluius. 94.

Paulus Manutius . 19.

96.

Pausanias. 21.

Perfius. 111.

Petrus Gregorius Tho-

losanus. 36. 72.

Petrus Scriuerius. 45.

Philippus Beroaldus .

2. 51.

Philostratus. 9. 39.

Pierius Valerianus. 15.

26.

Pius Imperator. 10.

Plato. 3. 39.

Plautus. 2. 12. 34. 38.

50. 56. 62. 64. 81. 90.

95. 100. 112. 108. 109

114. 115.

Plinius . 2. 3. 6. 12. 13.

15. 17. 28. 29. 32. 35.

36. 38. 41. 71. 117.

107. 110. 106. 103.

Plinius Iunior . 37. 85.

87.

Plu-

Plutarchus. 22. 23. 24.
58. 63. 73. 74. 83. 104
121.
Polydorus Virgilius.
74. 75.
Polyænus. 12. 22. 67.
Pontius Diaconus. 115.
Possidius. 109.
Propertius. 51. 106.

Q

Q Vintilianus. 85.
92.
Quintus Curtius. 22.
57. 63.

R

R Obertus Titius.
64.

S

S Aluſtius. 55. 78.
Scauola. 100.
Seneca. 9. 31. 41. 67.
77. 84. 88. 94. 114.
Seruius. 7. 61. 77.
Simon Boſius. 87.
Sixtus Senenſis. 72.
Solon. 16.
Spartianus. 7.
ſpeculator. 101.
Statius. 27.
Stephanus Forcatulus.
18.

Strabo. 10.
Suetonius. 6. 9. 22. 23.
27. 34. 37. 47. 82. 89.
95. 104.
Suidas. 48. 115.

T

T Erentius. 2. 3. 23.
Tertullianus. 17.
30. 44. 83. 019.
Theophrastus Erefius.
3. 106. 112.
D. Thomas. 76.
Thucidides. 38.
Titus Liuius. 9. 28. 47.
51.

Trebellius Pollio. 34.
Trogus Pompeius. 119

V

V Alerius Maximus.
22. 24. 37. 40. 41.
84. 90. 100.
Varro. 20. 120.
Velleius Paterculus.
93.
Virgilius Maro. 7. 78.
114.
Vlpianus. 9. 12. 27. 87.
94.
Vuolfangus Lazius. 49.

X

Xenophon. 16. 50.

S E R I E S

Capitulum Libri.

Quid anuli, siue sigilli nomine intelligatur. Cap. I.
De anuli signatorij antiquitate, siue de primo il-
lius inuentore. Cap. II.

Cuius rei gratia fuerit anulus inuentus. Cap. III.

Quanti Antiquis anulus signatorius fuerit. Cap. IV.

Quemnam maximè anulum gestare deceret, qualem,
an plures, quouè digito ferendum veteres dixerint.
Cap. V.

Quæ signa veterum in anulis. Cap. VI.

De alia signorum specie, siue de ijs quæ vulgò sigilla ap-
pellantur. Cap. VII.


De fide anulis, siue sigillis habita. Cap. VIII.

Vetus epistoliarum obfignandarum formula &c.
Cap. IX.

Tabulæ contractuum obfignatæ, quomodo &c. Cap. X.

Varia ab Antiquis sigillorū custodiæ commendata &c.
Cap. XI.

Pleniùs tamen singulorum capitulum argumenta
suis locis lege.



DE ANVLIS
SIGNATORIIS
ANTIQRVORVM

sive

De vario obfignandi ritu
TRACTATVS.

*Quid Anuli, siue sigilli nomine intelligatur
Cap. I.*



Verbi nomenclatura tractatum aggredi suscepto onerem conuenientem mihi facturus videor, si quid anulus, quot ei nomina, quotuplex vsus, quidue olim sigillum fuerit, principio statuam, Principis eloquentiae consilium secutus 1. de off. vbi. *Omnis, inquit, quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, vt intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.*

Est autem anulus latinè, quod graecè *Δακτυλίος* à digitorum vestitu, dicitur: quamquam, & de nomine ipso non parum ambigi video.

Anuli esthy molog.

A Anu-

Quibus no-
minib. anu-
lum anti-
qui appella-
rens.

Anulum enim à quibusdam condulum, & condalium, A græcis, & nostris vngulum teste Plin. nat. hist. lib. 33. cap. primo illa fortasse ratione, vt Isidorus sentit lib. 19. orig. cap. 32. quia sicut vngula carni, ita gemma anuli auro accingatur; sicuti & samothracius aureus quidem, sed capitulo ferro à loco ita vocatus. Ab alijs verò anulum symbolum appellatum fuisse aperte indicat Plaut. Pseud. act. 1. sc. 1.

*Ea causa miles hic reliquit symbolum
Expressam in cera ex anulo suam imaginē,
Vt qui huc afferret eius similem symbolum.*

Sic apud Terent. Eunuch. de symbolis esse, & alibi, *symbolum dare*, ad anulos refertur, vt ibi communiter Terentiani interpretes exponunt. Et Plinius ipse nat. hist. lib. 32. ca. 1. à priscais *vngulum*, habet mm. fs. *cingulum*, nouissimè à Græcis, & nostris *symbolum* vocatū, perhibet. Desumptum autem id nomen ex eo obseruauit Philippus Beroaldus ad 10. librum Apul. de As. aur. quod pro arrha collationis ad ientaculum, siue prandium faciendum deponi soleret. Cum enim nihil aliud *symbolum* sit, quàm plurium in rem aliquam collatio ex D. August, serm. 115. de temp. re. Et *symbola* pro collatoribus, siue commensalibus accipiuntur, quæ adolescentuli in vnū pro rata conferunt prandij, vel cœnæ, vel ientaculi causa. Sic enim & hodie vulgari sermone *collationem facere* dicimus, pro *ientaculum*

*Vnde sit
quod vul-
go dicitur
facere col-
lationem.*

eulum sumere; quoniam scilicet id ex collata pecunia plerumque fieri solet. cap. non oportet dist. 43. Non oportet Clericos ex symbolis, quæ vulgus commessalia appellat conuiuia celebrare. Huius etiam loci est, quod à Platone libro xi. de leg. aduersus sordidam conuiuatum auaritiã in hæc verba præcipitur. In eo conuiuij genere, quod ex symbolis fit, & ερανος vocatur, si quis se violatum conqueratur, aut alio quouis modo sit ea de re controuersia, ita inter se partes agant, itaquã nulla hac de re utilis actio cuiquã sit cõpetitura, vt sordidis huiusmodi litibus omnis ansa præcidatur.

Porrò Casaub. animad. in Athen. lib. 3. cap. 31. differentiam inter *συμβολα* & *συμβολη*, ostendens, *συμβολη*, inquit, est collatio erantistæ ad conuiuium, quisque enim quod ad manum erat conferebat. Ex partes dictæ *συμβολον*, & conuiuium huiusmodi eranos, vel *δηπτον απο συμβολον* vocabant anulũ. Teret. Eũ.

Heri aliquot adolescentuli coimms in Piræo,

In hũc diẽ vt de symbolis essemus Chereã ei rei

Præfecimus: dati anuli: locus tẽpus cõstitutũ est.

De quo etiam anuli vsu Plin. loquitur lib. 32. *celebratior anuli vsus &c.* Auferim tamen dicere, non anulos modo symboli appellatione accipi solitos, sed generaliter quidquid arthẽ loco daretur. Sic & tesseræ illæ, quarum olim in contractibus vsus loco præsentis pecuniæ, symbola dicebantur, sic Theophrastus in character. cap. de desperat. & cum præstigiæ spectantur ad quemquẽ spectantium adire, & stipem

arcam exigere, ac si quis symbolum afferens, gratis spectare postulet, cum eo rixabitur, quo etiam sen su accipiendum illud Isidori lib. 5. orig. c. 24. vbi ait. Veteres quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant.

Anulorum
usus.

Verum quidquid sit, de vocabuli differentia parum laboro, certissimum illud est, triplicem omnino anulorum usum extitisse. Erat siquidem superstitiosè sponsalitijs anulus, qui modò religiosè est, isq; ferreus in fidei signum dabatur sponsæ, & arrhæ loco. Alcher-nius de laudibus virginitatis, anulo, inquit, subarrhatam sortitur virgunculam, & Iul. quoq; Solin. de Thracum vxoribus, quæ, inquit, præceteris specie valent subarrhari volent. est enim sponsalitijs anulus ex D. Hier. in cap. VIII. Iob. & in III. Isaiæ, & Beda in cap. 15. Lucæ ho mil. 46. sinceræ fidei signaculum, quo promissa certa impressione signantur. Quod quidem arrhæ genus adeo seculis omnibus familiare fuit ut ipsius Dei genitricis Iosephique sponsalitijs illustre redderetur. Constat siquidem ipsi quoquè Beatissimæ Virgini à Iosepho anulū datum esse, quo modo D. Laurentij templum in Perusina Ciuitate, vbi religiosissimè asseruatur, non mediocriter colitur, quamuis cuiusnam materiæ existat non facile discutias. Meminit de eo Io. Chartag. de sponsat. B. V. lib. 4. hom. prima. Quin etiam fuit anulus honorarius insigne equestris ordinis, quo Ro-mani

mani scribas suos, & milites post reportatam de hostibus victoriam aduocatis concionibus donare solebant. Testis est Cicero orat. V. in Ver. Cuius etiam rei intuitu Aristoteles lib. 7. de Rep. Chartagine legem fuisse tradit, vt quot quisque expeditiones fecisset, tot digitis gestaret anulos. Contra verò apud Macedonas seruatum, vt qui nullum in bello hostem interfecisset, pro cingulo, hoc est pro anulo, capistrato cinctus foret. Sic enim & Romanis perquam familiare fuisse legimus, vt anulorum largitione liberos bene merentes in ingenuitatem reuocarent, quo pacto L. Sullam Dictatorem Q. Roscium Comædum, Cæsarem Dictatorem D. Laberium anulo aureo donasse legimus, non quidem ut eos, quos donarent equites Romanos facerent, sed ut eos eo iure afficerent, quo quidem fuissent, si lecti equites à Censoribus essent, quorum illud erat præcipuum. Sed enim plura de eo cap. 5. vbi promiscuè honorarium anulum ad obfignandum inseruisse, patebit. Iam verò tertium anulorum genus signatorius, siue sigillaricius fuit, quem nos hodie *sigillum* appellamus, quo semper veteres ad obfignandum vsos esse video. De eo mihi, prætermissa priorum examinatione, nisi quatenus fortè instituto operi inseruiet, præsens negotium erit. Ceterum quoniam (quod ad secundam capituli particulam attinet) sigilli nomen rarò apud veteres in rem præsentem animadu-

multis
lib. 7. de Rep.
Chartagine

multis
lib. 7. de Rep.
Chartagine

Sigilli vox
quid proprie
fueris
antiquis.

terim vsurpatum, consentaneum arbitror aperire, quid antiquis sigillam fuerit, & quid modo recentioribus.

*Sigillum
parua ficti-
lis imago.*

Sigillum itaque pro parua, & fictili imagine, siue hominum simulacro saepe numero accipi consueuisse ex Martiali lib. 14. epigram. 185. cognoscere licet.

*Gloria tam parui non est obscura sigilli
& alibi
Sum fragilis, sed tu, moneo, ne sperne si-
gillum.*

Vbi Raderus ex Plin. lib. 34. cap. 8. *Sigilla*, inquit, *sunt icunculae infra humanam staturam, quas Saturnalibus missitabant.* Vnde Rhodig. antiq. lect. lib. 17. cap. 16. & Io. Brodeus in scholijs ad secundum librum Epigram. græc. Epigram. 8. & alij plures signa, & sigilla vniuersim ea dici, obseruant, quæ humani habitus staturâ minores sunt. Quo sensu etiam de Tiberio apud Suet. legimus cap. 43. cubacula plurifariam tabellis, & sigillis lasciuissimarum picturarum exornare solitum.

*Sigillorum
huiusmodi
origo.*

Horû originem optimè omnium Macrobius Satur. lib. 1. cap. 7. in hunc modum recenset. *Epicadus*, inquit, *refert Herculem occiso Geryone, cum victor per Italiam armenta duxisset, Ponte qui nunc Sublicius dicitur ad tempus instructo, hominum simulacra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in fluuium demisisse, vt aqua secunda in mare deuecta pro corporibus defunctorû, veluti patrijs sedibus redderentur; & inde vsur-*

talia

talia simulacra fingendi inter sacra mansisse. Sed mihi huius rei origo verior aestimatur, Pelasgos (postquam felicitior interpretatio capita non uiuentium, sed fictilia, & *φoτος* aestimationem non solum hominem, sed etiam lumen significare docuisset) coepisse Saturno potius cereos accendere, & in sacellum Ditis aræ Saturni coherens oscilla quaedam pro suis capitibus ferre: ex illo traditum, ut cerei Saturnalibus missitentur, & sigilla arte fictili fingerentur, ac uenalia pararentur, quæ homines pro se, atque suis piaculum pro Dite Saturno facerent, Sigilla u. Haftenus ille. Porro sigilla huiusmodi oscilla dicta etiam esse dicta tum ex Macrob. supra ex eo ritu indicatum est, tum ex Virgilij carmine secundo Georg. quidam existimant.

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Interpretantur enim, ut velint fictilia simulacra ex pinu suspensa, quemadmodum, ad sacras olim arbores lucernæ appendebantur. Sed ea de re Seruius, & cum eo plerique iuniorum; hoc unum dico, uideri nostros hanc quoque superstitionem, in religionem commutasse, quâdo & sanctorum sepulchra, & circum altaria parietes hodie religiosis hinc sigillis, quæ nos vota dicimus, onusti appareant. Sed ex alijs etiam sigillorum huiusmodi usum cognoscere licet, ac ea quidem in primis dono pueris transmitti solita, præter citatum Martialis locum, ex illis quoque Spartiani verbis de Antonio Caracalla satis aperte colligitur. *Quæ à parentibus sigillariorum gratia acceperat.*

Religiosa sigillorum commutatio. Vota hodie à nobis dicuntur. Sigilla dono dari solita.

8 De Anulis Signatorijs

ea vel clientibus, vel magistris sponte donavit. Quin & civium moris fuisse, vt similibus simu lacris æreis, argenteis, atque aureis inter solennia sigillariorum (sicuti & à nobis Dominicæ Natiuitatis gratia non raro fit (sefe inuicem donarent scribit Guliel. Stuchius antiquit. conuiulib. 1. Nec non & vicum Romæ fuisse, vbi sigilla fangebantur, ac venalia proponebantur, auctor est Gell. lib. 2. cap. 3.

Statua ipse sigilla dicebantur.

Addiderim statuas etiam ipsas grandiusculas sigilli vocabulo nō semel appellatas, quod præter ea, quæ superius dicta sunt, varijs apud Ianum Gruterum solertissimum antiquitatis indagatorem, monumentis constare etiã potest. Exemplū subijciam, quod ex Appiani schedis alias se desumpsisse, refert. Tit. Dijs dedicatorum. pag. 57. num. 4. apud Isaram Fluium.

MARTI. AVG.
CONSERVATORI.
CORPORIS. SVI.
MERCVRIALIS. AVG.
N. V. EX. IVSSV.
NVMINIS. IPSIVS.
SIGILLVM. MARMOREVM.
POSVIT.

& tit. ac pag. ijsdem num. vero secundo collectam Lauinij vetustissimam inscriptionem ab Alberto Pighio non vulgaris eruditionis viro idem Gruterus in hanc formam profert.

Antiquorum.

MAVORTIO.

SACR.

HOC SIGILLVM.

A. SERVO. TANGI.

NEFAS. EST.

At verò ne temerè cautum quisquam putet, vt serui à similibus statutis tangendis manus abstinerent, sciendum in primis est, præter Deorum aras, in quas nos hodie religiosius impunitatis gratia confugimus, statuas quoq; clarorum virorum damnatis olim per fugium, & tutissimum salutis asyllum extitisse. Sic Decium Magium Cyrenas tempestate delatum ad Ptolomæi Regis statuam confugisse Liu. tradit. hist. lib. 23. Et Suet. in Augusto Antonium iuuenem simulacro Iulij, ad quod post multas, & irritas preces confugerat abreptum interemit; & in Tiber. de Agrip. Nouissimè calumniatus modò ad statuam Augusti, modò ad exercitus cõfugiebat. Resq; eo euasit, vt non periculi solum fugæ, imago Imperatoris esset, sed calumniæ occasio. Ea abrepta inferre iniuriam licebat, nõ solum vitare. Præcipuû autem seruatorû morem ad eas confugere, expressit Senec. de clem. lib. 1. *Seruis ad statuam licet confugere, cum in seruum omnia liceant.* Vlpian. in Pythæanis fragmentis; ideoq; cognosce de querelis illorû, qui ex familia Iull. Sabini ad statuam confugerunt, & siue durius habiti, quam equum, vel infami iniuria adfectos cognoueris, venire iube, vt in potestatem Sabini non reuertantur. & Philostratus de vita Apol-

*Cur seruis
veterû sta-
tuas ali-
quassægera*

Summa in
Statuas nõ-
nullas an-
tiquorum
observan-
tia.

1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1.

Terra habi-
tata portio-
nes ab erat
osthene si-
gilla appel-
lantur.

Sigilli vo-
cabulū pro
anulo Si-
gnatorio et
apud veter-
es aliquā-
do habitū.

lonij lib. I. erat, ait, apud *Aspendios* asylum Tibe-
rij, statuæq; sanctiones illis in locis, venerabilioresq;
quàm Iouis Olympi simulacrum habebantur, ita-
ut impietatis damnatus quidam fuerit, quòd seruum
suum verberasset, qui drachmam argenteam Tiberij
imagine signatam gestabat. Itaque subuenerunt
mox leges, & ne ad statuas, vel imagines quis
confugeret, Senatus censuit, eumq; qui imagi-
nem Cæsaris in inuidiam alterius prætulisset
in vincla publica coerceri D. Pius rescripsit l.
vnic. C. de his, qui ad stat. confug. ait Calli-
stratus. l. 28. de pœnis; sed & statuæ Deorū
eodem iure adfectæ sunt, itaq; adscriptum à
seruo non tangi. Alia præterea (ne longius
ab instituto aberrem) eaq; diuersa fuit sigilli
significatio, cuius Strabo in secundo Geo-
graph. lib. meminit, scribit enim Eratothe-
nem solitum appellare sigilla portiones illas
terræ habitatæ, quarum vna septentrionalis
vocatæ, meridionalis altera. Non inficior
tamen sigilli nomine id ipsum aliquando intel-
ligi consueuisse, quod de anulo signatorio,

vnde & apud Licophonem ita legitur.
Reliqua porro vermiculatum non tangens ædes
Sigillum seruabit.

Et in Dione lib. 51. hist. Rom. anuli signato-
rij Augusti, & Galbæ sigilli nomine appellan-
tur, vt & multis alijs locis videre est. Is igi-
tur veterū sensus fuit de sigilli vocabulo, mox
quid recentioribus, experientia ipsa docet, nil
aliud Sigilli appellatione accipi, quàm signa-
culum

culum illud vniuscuiusq; propriū, quo ad epistolā, pleraque alia obfignanda frequentissimè vtimur, siue anulus illud sit, siue non. Signaculum, inquam, non signum: cum probatis auctoribus hæc duo plerūq; nomina nō idem fuisse comperiam, quorum discrimen ex vno Origenis loco lib. 4. in Epist. ad Rom. colligimus, vbi fortassis, inquit, idem videbitur aliquibus signum quod signaculum, sed mihi vterq; sermo multam videtur inter se habere differentiam, signum namq; dicitur, cum per hoc quod videtur aliud aliquid indicatur, signaculum dicitur, cum alicui rei seruanda pro tempore custodia imponitur, quod nemo alius, nisi ille qui impressit resignare debeat. Nos hic & anulum quatenus signatorius est, & sigillum hoc vltimo modo acceptum examinandum constituimus.

Quid nobis
sigillū sit.

Discrimen
inter signa
culum, &
sigillum.

De Anuli signatorij antiquitate, siue de primo illius inuentore. Cap. II.

Vetustissimi instituti fuisse ipsum gestare digitis signatorios anulos, non vulgare testimonium illud esse potest, quod Genes. 38. de Thamar muliere scriptum est. Huic namq; pactæ concubitus mercedis arrham postulanti, anulum, siue sigillum, vt hebraea dictio reddit, à Iuda datum esse, legimus. Ex quo sanè more comparatum postea crediderim, vt signatorium anulum sibi mutuo darent homines inpon-

Sigillum
Thamar
arrha loco
postulat à
Iuda.

sionum

Anuli si-
gnatorij
vſus ad ſpō-
ſiones, &
arrhas.

tionum vſus, & arrhæ loco Plin. lib. 33. cap. 1.
ad ſponſiones anulo exſiliente, & Iuuenal. ſat. ſexta.

————— Et digito pignus fortæſe dedisti.

Demosth. quoque πρὸς Πανθαίρετον, proponit
ſponſionem ira factam φέρε τῶν δακτύλων λεβέ
& Plautus Curcul. act. 2. ſc. vlt.

Prouocat me in aleam, vt ego ludam: pono
pallium.

Ille ſuum anulum oppoſiuit. —————

Vnde dici ſolebat anulus fideiuſſor extremæ
voluntatis, ad quod alludūt ſequentes verſus.

Talibus à dominis poſt cuncta nouiſſimus exit

Anulus, & digito mendicat. Pollio nudo.

Quod Timothei Ducis exemplo cōfirmatur,
qui Polyæno authore ſtratag. lib. 3. cum in At-
ticis caſtris nummi inopia cum militibus la-
boraret, mercatores induxit, vt ſuo ipſius anu-
lo ſignatorio pro numismate vterentur. Diſce-
dentes verò ſigillum, & argētum acciperent:
quæ factò, abundans mox pecunijs Timo-
theus conſtitutum precium perſoluit. Vlp.
lib. 5. §. item ſi inſtitutor, & l. ſi gratuitam. de præ-
ſcript. verbis. §. vlt. & l. exēpto. n. §. ego illud
de act. empt. Cæterum vt iam ad anuli vetuſta-
tem aſtruendam redeā. Gē. c. 41. traditur Pha-
raonem Aegypti Regem beneficio acceptæ
diuinitus ominationis, vt Iosephum excellen-
ti dignitatis gradu cohonestaret, anulum, quē
digito geſtabat, eiufdem Iosephi manui in-
feruiſſe. Ex quibus, & alijs colligitur à qua an-
tiquitate principium mos iſte petat, vtpote

qui

qui ab ipsis penè humanæ naturæ primordijs
 profuxerit. Quare nec facilè dixeris, quis opi-
 fex fuerit, cum & scriptores vniuersim vera *Incerta ve-
 ra anuli or-
 rigo.*
 quippiam de hac re affirmare non ausim, li-
 bet hic locum fabulæ, & mendacio facere.
 Prometheus Caucaſi rupibus à Ioue alliga-
 tum fabulantur, quòd per ludibrium tecta sibi
 in conuiuio ossa apposuiſſet, quod ignem cæ- *Fabuloſa
 anuli origo*
 lestem surripuiſſet, quòdque de stupro Miner-
 uam sollicitaſſet. Ceterum cùm Iupiter The-
 tidis amore captus ab eo factorum præscio
 cognouiſſet, nasciturum ex Thetide filium pa-
 tre maiorem, memor eorum, quæ aduersus pa-
 trem gesserat, metuensq; ne par redderetur,
 à Thetide abſtinuit, ac Prometheus grati
 animi monumentum soluit, ea tamen lege, vt
 anulum lapide, & ferro compactum gestaret,
 ne omnino pœna videretur exolutus. Hoc
 anulum fuiſſe, hoc gemmam dicunt. Sed hæc
 fatiſ; non enim fabellis rerum vetuſtas com-
 probatur, vbi tot insignia ſacrarum historia-
 rum loca intercedunt. Inter quæ insignis ad
 anuli antiquitatem eliciendam locus Exodi
 cap. 33. se offert, vbi à pijs mulieribus anulos
 in donaria collatos legimus. Neque demùm *Plinij ſen-
 tentia exa-
 minatur.*
 Plinij ſententiam (quam alioqui propter ſum-
 mam viri authoritatem apprimè reuereor)
 hoc loco admittendam cenſerem, qui cap. 1.
 lib. 33. nullum Illiacis temporibus anulum
 fuiſſe aſſeuerat, vnde & Homerum teſtem vo-
 cat,

cat, qui & codicillos misicatos epistolarum gratia indicet, & conditas arcis vestes, ac vas aurea, argenteaq; & ea colligata nodi non anuli nota: nam qua ratione Homerum huius rei auctorem faciat, non video, cum id apertè nullibi ex ipso constet. Neque enim (quod forte Plinij fundamentum fuit) ex Ulyssis vinculo, quo Aretæ dona arca inclusit id inferre potest, cum per id temporis Ulysses eo maximè uti par esset, quippe quod à Circe venefica iam edoctus fuerat. Demonstrat id aperte Odyss. VIII. Homerus in hæc verba.

Homerus à
Plinio an
rectè cita-
tus.

Ipse tunc vide de operculo, statim vero vinculum circumliga ———

Ne quis tibi in itinere damnum asserat, cū forte Dormieris dulce somnū profectus in naue nigra. Ceterum postquam hoc audiuit prudens Diuus Ulysses ———

Statim aptauit operculum, celeriter autem vinculum circumligauit ———

Vartum quod olim docuit veneranda Circe.

Ad quem locum interpretes communiter vinculum huiusmodi vulgarium securitatem excessisse perhibent, & Eusthatius hoc loco, Iacobus Cuiac, lib. 37. cap. 12. & Adrian. Iun. in suis adagijs monent posse prouerbialiter Ulyssis vinculum de rebus diligēter, & tutò obferratis vsurpari; qui sanè mos cistas vinculis muniendi ex Laconum inuētione euauit, & clauibus postea uti cœptum est.

Ulyssis vin-
culum de
rebus tuto
obferratis
prouerbia-
liter dici
solet.


Potuit

Potuit igitur & Illiacis temporibus anulorum usus viguisse, quod verò nodum potius, quam anulum Vlysses adhibuerit Circe iussu factum id esse supra ex Homero indicauimus. Ego verò interea mirari non desino, quo pacto tantæ lectionis vir antedicta scripturæ loca adeo incautus prætermiserit, vt ne verbum quidem de illis fecerit, nisi id forte ethnici authoris cecitatis tribuamus. Ceterum, quod ad anulorum, antiquitatem attinet, abundè nos dixisse existimo, plura etiam in sequentibus obiter dicenda occurrent.

Plin. sacra
scriptura
ignarus.

Cuius Rei gratia fuerit anulus inuentus.

Cap. III.

 Vanius de vero anuli authore nullus adhuc auferit affirmare, in eorum tamen omnes conueniunt, vt non ad ornatū (quod falsò effœminati homunculi, & mulierculæ credunt) sed ad signandum inuentum esse, doceant. Ita Macrobius Satural. lib. 7. ex Atreio Caput. Plin. lib. 33. cap. 1. Alexander ab Alex. lib. 2. cap. 19. Pier. Valer. Hieroglyph. lib. 41. & Budæus lib. 3. de asse, anulos ab antiquis non ad decorè, sed signandi causa inuentos, ac gestatos fuisse, scribunt. Hos sequitur Clem. Alexand. Pædag. lib. 3. capit. 11. vbi hæc habet expressa verba. *anulus datus semel sponsæ loco ar-*
rbæ

Anulus ad
signandum
non ador-
natum in-
uentus.

rbæ non ornatus causa dabatur, sed vt obſignaretur quæ domi eſſent. Circulari verò ratione ſponſæ dari ſuſpicor, quia arctiſſimum Matrimonij fœdus ppetuo nec deſituro amore nitatur. §. i. de pat. poteſt. vel quia prolis æternitas ſucceſſione quodammodo aquiritur l. llberorum §. fi. de verb. ſignifi. Hinc Atteius Capito annũ à circuitu temporis putat quod an antiquis circum eſſet: vnde ambire & Cato in origin. an terminum pro circum terminum, dixit, & Aegyptij mundum figurantes in orbem pingebant ſuam ipſius caudam deuorantem, quia hæc figura eſt. Et quidem poſtea lege caueri cœptum eſt. ff. de verborum ſignific. l. ſignatorius, ſignatorium anulum ornamenti appellatione non contineri, quem locum Gloſ. ſic explicat, *in præſcriptione bonorũ alicuius, ſi de muliebribus ornamentis agatur, ne quis ſibi ſignatorium anulum, aut res alias pannicularias audeat vendicare.* de bo. damna. l. Diuus, & ibidem vir doctiſſimus Iacobus Cuiac. declarat, anulos ſignatorios quibus cuſtodix causa ſigillamus inter hominum ornamenta minime recenſeri, quia hos ornatus causa non fabricauit, ſed neceſſitas, non minus quàm clauces, & ſeras. Huc ſpectat et quod à Solone legẽ tab. XXIV. cautũ legimus in hæc verba. *Si quis anulario anulũ vendiderit, ſignũ ſeruari fas eſto:* cuius rei argumento eſt l. gemma ff. ad exhib. Quod autem ſignatorij anuli cura ad matreſfamilias propriè ſpectaret, pluribus locis docet Xenophon

Anulus ſignatorius inter ornamenta muliebria non recenſetur à Iureconſ.

Ad matreſfamilias anuli cura ſpectabat.

phon in Oecon. & Flau. Vopisc. in Aurel. vxori, inquit, & filia anulum sigillaricium quasi priuatus instituit, filia quidem natu grandiori & iam in matrimonio collocata, vt monet Casaubonus hic; tantum enim a feminis studium circa res familiares, tantamque solertiam veteribus requisitam esse, Tertull. scribit apolog. aduers. gent. capitu. 6. vt matronam ob resignatos cella vinarie Loculos, sui inedia necarint. Sed & interdum maiori natu liberorum a parentibus traditum, colligit Oinot. ex l. 77. §. 2. i. ff. de legat. 2. Quare nec poterat vxor, mortuo marito, eius anulo signare, si se in aliam familiam transtulisset, imò prohibebatur, remanebatq; anulus apud hæredes, vt l. si quæ sunt ff. famil. ercisc. Porrò quidnam tam oculatos homines effecerit, tamquæ ad rerum domesticarum custodiam propensos, in causa id fuit, quod rectam iustitiæ institutionem non omnes sequerentur, ex quo & serui, & domini iusti ex æquo essent; sigillis propterea opus fuit, quibus tuta quæq; red di possent. Quare iure merito citato loco queritur his verbis Plinius. *Quæ fuit illa priscorum vita, qualis innocentia, in qua nihil signabatur, at nunc cibi quoq; & potus anulo vindicantur à rapina, & paulò post eius rei causam subdēs, Hoc, inquit, profecere mancipiorum Legiones, & in domo turba externa, ac seruorum quoq; causa nomenclator adhibendus, aliter apud antiquos vitium omnem in promiscuo habebant, nec vlla olim*

Quid primum homines ad signandum impulerit.

custodia à domesticis opus erat, nunc rapiendæ comparantur epulæ, pariterq; qui rapiant eas, & clauæ quoq; ipsas signasse non est satis, grauatissimè somno, aut morientibus anuli detrahuntur. Sed ne allatis tantum testimonijs contenti esse videamur, accedat id nobis corollarium, quod Isid.

Anulus episcopo in signaculum traditur non ad elegantiam.

Prisci l. c. responsa signata reddere solent.

lib. 1. de Eccl. offic. cap. 5. in rem præsentem, prodit; ob eam scilicet causam, Episcopo anulum dari, vt non ad elegantiam gerat, sed quasi signaculum secretorum, quare & in eius traditione hæc solent verba proferri. *Accipe anulum discretionis, & honoris fidei signum, vt quæ signanda sunt signes, & quæ aperienda sunt, prodas.* sic quoq; & Theologiæ, & Iuris periti anulo donari solent, vt notat Alciat. parerg. lib. 8. cap. 10. quia anulo signata responsa antiquitus Iureconsulti reddere consueuerant Augusti beneficio l. 11. §. pen. ff. de orig. iur. Quâuis Stephanus Forcatul. alia cõiectura nitens, aliter autemet, dari nimirum doctori anulum, vel quasi ius postmodum interpretaturo, vel quod equestris dignitatis, ac uirtutis insigne sit. ideoque Episcopis, & Doctoribus permittitur, non autem simplicibus Clericis glos. in ca. ut Apostolicæ de priuileg. in 6. ubi Doctores explicât, clericos gestantes anulos, aut Episcopos, aut fatuos. Hæc igitur ratio potissima fuit, cur sigilla, & anuli adhiberentur, quæ non ad uenustatem, ac digitorum elegantiam, sed rerum domesticarum custodiam, vel dignitatem indicandam à ma-

ioribus inuētos esse, satis supra monstratum est.

Quanti Antiquis anulus signatorius fuerit.

Cap. I V.

Maximi olim ab antiquis æstimatos signatorios anulos, atq; inter alia domesticæ suppellectilis ornamenta principem locū obtinuisse, haud obscure colligi pōt ex Ciceronis Epistola prima ad Q. Fratrem, qui, exponēte Manutio, ne sigillū suū falsim tanquā doliū circūferri sinat, sed illud diligenti custodia cōseruet, his eū verbis hortatur. *Sit, inquit, anulus tuus, nō vt vas aliquod, sed tanquā ipse tu, non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ.* Licet quidem Manutij expositio (vt illud etiam obiter adnotarim) à vero Ciceronis sensu multum aliena videatur, putantis à vase, aut dolio similitudinem duci, quòd perquā ridiculum est. Verba Manutij hæc sunt. *Non vt vas aliquod, quod assidue circumfertur, sed vide quibus illud iradas, ne quis, accepta pecunia, signet ea, quæ tu non probares, & ne quis eo, quoties velit, uti possit.* Non inquam, meo iudicio, is Ciceronis sensus fuit. Ego sanè, locum Ciceronis primum dixerim, non carere menda, non enim aliquod, sed aliquis legi debet, sic habent nonnulli Codd. manus. Bibliothecæ Ambrosianæ: Erratum autē inde fluxisse arbitror, quòd aliqui eodem mo

Anuli curam Ciceronis 2. F. sua det.

Manutij sensus.

Locus Ciceronis restitutus.

do, quo Manutius à vase deductam similitudinem existimantes, aliquis in aliquod mutarunt. Deinde assero Ciceronem non ad dolium aliquod, sed ad sponforem respexisse; nam vas, si facit vadis, sponforem significat, & si aliquantulum differt, declarat Varro lib. 5. de ling. lat. ubi hæc habet verba. *Vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat.* Consuetudo erat, ut cum reus parū esset idoneus inceptis rebus, pro se alterum daret, à quo caueri postea lege cœptum est ab his, qui prædia venderent, vades ne darent; ab eo scribi cœptum in lege mancipiorum, vadem ne posceret.

Ait igitur Cicero: cauendum est tibi, Quinte, ne anulus tuus sit tanquàm vas alienæ voluntatis, id est ne aliquis tuum quæstum hac ratione faciat in prouincia, dum anulo tuo multa obfignat, te insciente, corruptus largitione alicuius prouincialis: fuisset enim tunc anulus verè sponsor alienæ voluntatis, id est eorum, qui corrupti fuerant, nam sicut creditores vades postulant, ita illi prouinciales, ne temerè pecuniam darent ijs, qui polliciti erant se obfignatos Prætoris edictum, aut interdictum aliquod, postulabant antè vadem. Is autem erat prætoris anulus; obfigurationem enim ubi viderant, decipi se postea posse non credebant.

Verùm enim verò non ex vno tantū signatorij anuli æstimatio, dignitasq; comprobatur

tur. Scribit Alex. ab Alex. genial. dier. lib. I. c. 26. & lib. secundo cap. 19. donari anulo apud Persas, maximi fœderis vinculum, ac intimæ amicitia, plênariquè quiduis agendi scribendiue potestatis signû fuisse: Constat enim Persarum Reges signatorios anulos gestasse, quos, ubi res poscebat, digito detractos fido alicui amico ad obfignandum dabant, & quod hoc signo confirmatum esset, sic ratum apud omnes, ut nefas violare. De Pharaone, & Iosepho superius dictum est. Antiochus verò, de quo Machab. lib. primo cap. 6. filij imperijque totius curam Philippo cuidam, dato ei proprio anulo, cômisit. Pausan. quoque Phœcica lib. decimo, Phocum Aeaci filium anulo gemmato signatorio à Iasæo pro ueteris gratia reconciliatione donatum esse, tradit. Nequè præterea vulgare loci huius testimonium illud erit, quod cap. 3. libri Esther ab Assuero factum perhibetur, qui ut suam in Mardocheum voluntatem declararet, ipsumque in locum Aman sufficeret, anulum signatorium, quem ab Aman in crucem suffigendo recipi iusserat, digito suo detractum, summa ei benevolentia tradidit, summoquè eû apud se loco esse, palam hac tessera confirmavit. Tissaphernem quoquè aliquando à Clearcho rogatum, Ctesias refert, ut pectinis copiam sibi faceret, mox anulum suæ amicitia, mutæ ad necessarios, & familiares Lacedæmone suos insigne sibi dedisse, in cuius palla Ca-

ryaridés saltantes inculptę visebantur. De
 Mentore uerò Hermiæ anulum accipiente, ip-
 susque nomine literas ad arcēs, & omnia
 dedenda conscribente Diodor. Sicul. lib. 16.
 & Polyen. lib. 6. meminerunt. Sic mouente in
 Bizantinos Philippo, annumque ætatis sextū
 decimum Alexander ageret, demandatam ei
 Macedonia, & sigilli curam, scribit Plutar. in
 Alex. Quin etiam memoriæ proditum à Iusti-
 no historico lib. 12. & Curtio lib. 10. legimus;
 ipsummet Alexandrum Magnum iam iā ani-
 mam agentem, præclusa voce, exemptum di-
 gito anulum ipsum Perdica summo copiatū
 Duci tradidisse. Id ipsum etiam ab Augusto
 factum videmus, qui moriturus signatorium
 anulū Agrippæ familiari suo in potestatis si-
 gnū exhibuit, ut ex Dione lib. 53. Xiphilius
 scribit. Accedit, quòd de Tiberio Valer. Max.
 lib. 7. cap. 9. & Suet. ca. 73. memorant. Is enim
 deficiens exemptum digito anulum, quasi ali-
 cui traditurus parumper tenuit, postea uerò
 adhuc animam expiranti, Caligula de digito
 detrahi, iussit, in Calig. cap. 12. idem adijcit.
 Atqui ipse etiam Hegesippus hist. lib. primo
 cap. ultimo refert, Ptolomæum Alexāndri mor-
 tui anulum digito detraxisse, & in cōcionem
 protulisse. Patet id in eam rem quoquē Cice-
 ronis locus in orat. pro Rosc. Amer. non lon-
 gè à fine, ex quo maxima anuli existimatio
 colligitur, ubi Chryfogonum alloquens, ait.
Si restitum, quo ipse lectus erat, anulūq; de digito

sum

suum tibi tradidit. Nequè præterea illud omiserim, quod de Casare Suet. scriptum reliquit, ut quo loco anuli signatorij apud omnes fuerint, clarius innotescat. Ille, inquit, cum in alloquendo, exhortandoq; sæpius digitum lævæ manus ostentans, affirmaret, se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum quoque æquo animo detracturum sibi. Sed enim quanti faceret, & Verres signatorios anulos, declarat Cicero lib. 4. in eundem act. secunda, qui eius in surripiendis anulis auiditatem his verbis insectatur. *Quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis anulos aureos abstulisse? nunquam dubitavit, quotiescumque alicuius gemma, aut anulo delectatus est; quod autem de signatorijs Cicero intelligat, cap. 9. demonstrabimus. Ad quod illud. Horatij etiam alludit lib. 1. Od. 9.*

Pignusq; direptum lacertis

Aut digito malè pertinaci

Et illud Terentij Hecy. act. 5. sc. 3.

Homo se fatetur uè in uia nescio quam compressisse,

Dicitq; sese illi anulum, dum luctat detraxisse.

Maximam verò præ cæteris anulorum ætimationem arguit ea Annibalis solertia, quam ex Plutarcho discimus in Marcello. Is, cæde nunciata Marcelli, cum in tumultum properasset, corpusq; contemplatus esset diù, & robur, ac speciem considerasset, nullum, ei, dictum excidit arrogantius, nec lætitiâ vultu, ut

alius fortassis, acri, & graui sublato hoste, præ se tulit, sed ad insperatam mortem obstupescens, anulo eius ablato, cætera vilipendens corpus eximiè ornatum, & culum honorificè cremauit. Cui non absimile factum à Cæsare, idem Plutarchus memorat in Pompeo ad finem. In Aegyptum enim veniens, eum qui caput Pompei sibi obtulit, vt detestabile auerfatus, anulum eius accipiens, illachrymauit. Sed quid iam plura? cum & leges ipsæ per anuli signatorij traditionem indicari olim hæredes, decerneret; Ita Papinian. in L. cum pater. §. pater. D. de legat. secundo. *Pater pluribus filijs hæredibus institutis moriens, clauas, & anulum custodia causa maiori natu filie tradidit. & Vopisc. de Aurel. uxori, & filie anulum sigillaviciu quasi priuatus instituit.* Valer. verò Maximus lib. 7. cap. penult. & ult. de Tito Barulo refert, ipsum morientem Lentulo Spinteri, cuius viuens animum amantissimum senserat, anulos suos, perinde, atq; vnico hæreditradidisse. Et Marcus quoq; Popilius, cum Oppium Gallu ab ineunte ætate sibi familiarissimu decedens pro uetusto amicitie iure ultimo complexu, & osculo vnum de multis, qui ante eum assidebant, iudicaret, anulos suos ei tradidit, ne quid videlicet ex ea hæreditate, quam nullo pacto aditurus erat, amitteret, quos postea Oppius vir diligens in locellum, siue saculum, quam bursam uocamus depositos, & à præsentibus assignatos hæredibus

*Per anuli
traditionē
hæredes
olim desig-
nati.*

bus illius exhaeres ipse reddidit.

Nequè verò solum supradictis rationibus à Principibus viris domesticis suis, atq; à patri bus familias filijs datos anulos video, sed & falsis gentilium Dijs, aut etiam parètibus ip sis superstites honoris, & gratitudinis ergo sapi sime posuere. Testantur id apertè in scriptiones vetustissimæ, quæ passim apud Gruterum reperiuntur, libuit autem hoc loco eius exemplum subijcere, quæ tit. Dijs dedi cat. pag. 59. his verbis habetur.

Anuli Dijs
parentibus
que dicant.

VENEREM. AVG. CVM. PARERGO.

ITEM. PHIALAM. ARGENT.

AEMIL. RVST.

ITEM. TABVLAM. ARGENT.

M. ANNIVS. CELCITAN. TEST. SVO.

POST. MORTEM.

AEMILIAE. ARTEMISIAE. VXORI.

ET. HEREDI. SVE. PONI. IVS.

AEMILIA. ARTEMISIA. TIRA. POS.

EADEMQ. DE SVO. ANVLVM. AVR.

GEMMA. MELIORE.

Illud quoq; quod à priscis somniorum ob

seruatoribus de anulo traditur, summo eum

loco habitum, manifestè arguit, cuiusmodi est,

quod Artemidorus Oinerocrit. lib. 5. cap. 32.

ariolatur his verbis. *Visus est sibi quis anulum*

suum, quo omnia ob signabat eiecisse, deinde quæ

rens lapidem, qui in ipso erat, in multas partes com

minutum reperisse; itaut de cætero inutilis esset an

nihilata, sunt ipsi omnia negotia per quinq; & quin

Insonnia
de anuli si
ne signi co
minutione
quid anti
quis porten
derent.

qua

quaginta dies . Atq; id à nobis pro capitis collatio positum sit .

Quemnam maxime anulum gestare deceret, qualem, an pluresquam unum, quouè digito ferendum, veteres dixerint .

Cap. V.



Dea, quæ de anulorum præstantiâ superius diximus, illud etiam insignè splendoris argumentum accedit, receptum vñ quondam à patribus, vt non nisi ingenuis viris aureum anulû gestare liceret (aureum inquam, nam alioqui & seruis ferreus ad signandum nempe cõcessum fuisse, infra indicabimus) quo veluti indice ipsorum libertas monstraretur, & equestris ordo à seruatorum turba distinctus foret . Eius rei testes erunt Mactob. Saturnal. lib. 7. ex Att. Capit. Pier. Valer. Hieroglyph. lib. 4. & alij iuniorum plures, qui liberos solummodò homines, & quibus fides adhibere tur, anulum habuisse, testantur . Quam quidè distinctionis rationem paulatim, cum luxuriâ eius abusus, tum impudentissimorum seruatorum superbia penitus abrogauit; cum enim nullum seruis ius esset aurei anuli in propatulo gestandi, ecce, nouitio inuento, alij ferro aurum superinduxere, alij aurum merum, purumq; decolorarunt & in ferri modum deformarunt; id enim certè fuit . Aurum gestabant,

Vetitum
seruis anul-
lum aurei
gestare.

bant, nec videbantur gestare, cum colore aliquo atro (hodie etiam vſitatiffimum) id velarent. Nam ſeruis certè, alijsq; vulgaribus, homunculis anuli ferrei tantum vſum fuiſſe teſtantur Iſid. lib. 19. ca. 32. & Statius. in lachrymis Hetruſci.

*Mutauitq; genus, læuæ ignobile ferrum
- Exiit, & celſo natorum aquauit honore.*

Quibus accedit Appiani teſtimoniũ li. 1. bell. ciu. vbi refert à Tribunis in exercitu Romano aureos, ferreos à reliquis geſtatos eſſe. Porro de libertinis Carol. Sig. de antiq; iur. ciu. Rom. lib. 2. ſcribit, non ingenuos modò, ſed & ipſos aliquandò libertinos aureis donatos eſſe, eo nimirum conſilio, vt eiſdem & equeſtria ornamenta, & liberorum iura ea largitione tribuerent, vnde ſcriptum etiam reliquit Vlpian. cap. de iur. anul. aut. qui tali iure affectus eſſet, eum tamquàm ingenuum viuere, tamquàm libertum mori; quòd nimirum patronus præteritus aduerſus eius tabulas poſſeſſionem obtineret. Quare cum dicat Dio, Menam Sexti Pompei libertum poſt proditam patroni ſui claſſem anulo aureo ab Auguſto eſſe donatum, & in equitum cenſum adſcriptum, eo munere in ingenuitatem aſcitur, interpretatur Suet. ſcribens Auguſtum neminem vnquam libertinorum cenſæ adhibuiſſe, excepto Mena, ſed aſſerto in ingenuitatem. Quo de iure hæc eodem in loco Dio adiicit, nemini quondam Romano
non

*Athenienses
ferreum
anulū tan-
tum gesta-
runt.*

non libertino solum, sed ne ingenuo quidem
anulos ferre aureos, præterquam senatoribus,
& equitibus licuisse. Vnde Tiberio Princi-
pe, Plinio authore, anno ab vrbe condita
DCCLXXV. anulorum authoritati forma cō-
stituta est: quo tempore statutum, ne cui ius
esset aurei anuli gestandi, nisi cui ingenuo ip-
si, patri, auoq; paterno sestertia CCC. cen-
sus fuissent, & lege Iulia theatri, in quatuor-
decim ordinibus sedendi. T. Liuus lib. 3.
decad. 3. scribit, neminem posse, nisi equitem
aureum anulum habere; quare equestris or-
dinis insigne erat. Id ipsum de Atheniensi-
bus cit. loco testatur Alex. vbi ferreum tantū
anulum ad signandum gestasse, tradit. Ma-
iora etiam libet ad ferre, quæ ex Tacito in lib.
de moribus Germanorum cap. 31. didici;
consueuisse Cattorum fortissimos quosq; fer-
reum anulum, velut vinculum gestare, donec
se se cæde hostis absoluerent, ignominiosum
sibi existimantes, quod auribus, oculisq; ac-
cepissent, gestamen id apud Romanos seruo-
rum peculiare fuisse. Optimè verò omnium
Lacedæmoniorum Reges sapientissimi tan-
to huic futuro luxui consulere. Vnde & 3. libro
legum, quas Nicolaus Cragius diligentissimè
collegit, ac recensuit, commentarijs etiam
adiectis, tab. inquam 6. de habitu institut. 8.
ita cauetur *Anulus in digito tantum ferreus sit.*
Sanè ferrum fortes decuit; itaq; Lacedæmo-
nij non aureo vsi sunt, sed ferreo de quo Plin.

*Lacedæmo-
niji ferreus
tantū anu-
lus permis-
sus.*

cit. loco, ubi adimens antiquissimis Romanis
 tū Regibus, præter Numam, & Seruiū, tūm &
 alijs anulos, miratur Tarquiniorum statuas
 etiam sine anulis esse, cum ij ex Græcia, vnde
 & anuli vsus profluxit. Ex quo discere licet,
 fuisse quidem Lacedæmonijs, alijsq; anulos,
 sed ferreos virtutis, ac fortitudinis indicium,
 potiùs quàm corporis ornamentum: habitum
 enim ferrum à maioribus, & validius, & con-
 suetius ei vsui, testatur Varro. Iuris porò au-
 reorum anulorum originem extitisse, uerisimi-
 le est, à Gn. Flauio Annij filio, Appijq; Clau-
 dij Cæci scribæ, qui legis actiones populo Ro-
 mano vulgavit, idest solennes, & certas agen-
 di formulas, quæ antea penes principes ciui-
 tatis viros, Appium maximè, religiosè asser-
 uabantur. Tam gratū id munus populo fuit,
 vt licet libertini filius, Tribunus plebis, &
 senator, & Aedilis curulis crearetur, in gratiã
 tanti beneficij l. 11 §. postea cum ff. de orig.
 iur. Ceterum quamuis ante Gn. Flauium non
 fuisset aureorum anulorum vsus frequens, ip-
 se tamè vsus est, si Plinio creditur cit. loco, nẽ-
 pe velut ingenuus, & qui ius ciuile in manus
 populi misisset, & vulgasset. Neq; hìc omitto, in
 valuisse quondam, ut caesarum patroni anulis
 honestarentur. Iuuenal. Sat. 7.

*Origo annu-
 lorum au-
 reorū à quo*

*Patroni
 caesarum
 anulis deco-
 rati.*

Ciceroni nemo ducentos —————

*Nunc dederit nummos, nisi fulserit anulus
 ingens.* —————

At verò de numero, illud eque scriptores senti-
 tiunt,

*Turpe plu-
res anulos
gestare.*

tiunt, plus quàm vnum habere non licuisse, quo scilicet domestica obsignarentur; Eius verò rei insignis Diui Clementis Alexandrini locus extat tertio. *Pædagog. cap. xi. vbi ait. Quòd si oporteat, nos quoquè, qui Rempublicam gerimus, & in agris etiam alia opera exercemus, & sæpe etiam sumus sine vxoribus* (indicans signaculi curam ad matresfamilias spectasse, vt etiam alibi ostendimus) *nonnulla, vt sint tutiora obsignare, dat nobis quoquè vnum ad hoc signaculum: alij autem sunt abijciendi anuli.* Quinimò pluribus vti, turpè fuisse, affirmant Gothof. l. 74. de V. S. & Isidorus Orig. lib. 19. cap. 32. cuius etiam rei argumento esse potest Gracchi in Meuiam inuectiua. *Considerate Quirites similitudinem eius, en cuius auctoritatem sequimini, qui propter mulierum, cupiditatem, vt mulier est ornatus.* Quod si quando duos à Crasso gestatos anulos scriptores prodiderint, id ei obingentes opes tributum, simul asseuerant, licèt in vno tantum signum habere licuerit. Cuius fortasse rei intuitu, & hodie Assyrij singulos signatorios anulos gestant. Io. Bohemus de gent. morib. lib. secundo capitu. 3. *Quin plerosque etiam Romanorum pro grauitate anulis abstinuisse, idem Isidorus memorat. De sceminarum verò honestate illa maiorum instituta vigeant, quæ modestiæ, & sobrietati patrocinantur, cum aurum nulla norat, ut Tertull. scribit Apol. aduer. gē. cap. 6. præter vno digito, quem sponsus oppi-*
gno-

gnorasset pronubo anulo, vel duobus ad summum, vt Isidoro placet. Sed laxatam sanctæ huic disciplinæ viam fecit temporum incuria, luxus cuncta occupauit. Singulos modò digitorum anulis onerare non sufficit, tres etiam vni minimo congerere, nō pudet. Licet quidem & Plinij, & Senecæ temporibus abusum hunc inualuisse, ex Plin. cit. loc. & Senecæ Natural. quæst. lib. 7. cap. 31. manifestè appareat. *Exornamus, inquit, Seneca, anulis digitos, & in omni articulo gemma disponitur,* & Isidorus lib. 19. cap. 32. Orig. *At nunc, inquit, pro auro, nullum fœminis leue est, atque immune membrum.* Atqui eius generis lapillos, gēmasq; vniuersim inclusas habent, vt à cerdone equitem, & à vili muliercula nobilissimam viraginem haud facilè dignoscas. Dedec et id fanè, uiles præcipuè homunculos, & quibus capistro manus obligare præstaret. Meminerint, Principibus quandoque uiris luxum huiusmodi exitio fuisse. Nequē enim Nonnio Senatori utilis fuit gemma 20. millibus sestertijs taxata, propter quā ab Antonio proscrip̄tus fuit. Obfuit & in summum exitium gemma Conradino Neapolitano Principi, qua si caruisset, in tantum discrimen turpissimæ mortis non incidisset, latuissetq; hosti, nec captus, nec occisus in historiarum libris legeretur. Nam aduersus eum cum Carolus Neapolitanorum Rex fuisset victoriam potitus, ipse agasonis sūpto habitu an fugiens, retēto in digitis anulo

*Anulorum
quandoq;
luxus dans
na plerisq;
inuit.*

pretiosissimo incautus sese prodidit, non Agathonem, sed magnum principem: piscator enim ex gemma simulatam credidit personam, atque ideò captus, ultimo supplicio capitis abscissione publicè Neapoli multatus est. Peperit igitur anuli affectata gloria domino suo summam ignominiam, cum vitæ interitu, Sed & præterea Heliogabali luxus à paucis commendatur, quem singulis quoque diebus novos variasse anulos, eundemque nunquam bis induisse, traditur. Neque demum aliam ob causam Cyrenensium mores scriptores redarguunt, quam quòd, ut Aelian. scribit uariarum histor. lib. 12. cap. 30. eorum abiectionissimi, & contemptissimi decem minarum pretij sigilla habuerint, anulosque mirabili arte sculptos.

Cur in digito minimo proximo anulum veteres gestarent.

Sed iam quibus digitis gestarent, inspiciamus. Veteres quidem Græcos anulum in sinistrae manus digito, qui minimo est proximus, habuisse testis est Gell. lib. 10. ca. 10. Romanos quoque homines, aiunt, sic plerumque vsitatos anulis, quod in statuis Numæ, & Seruij obseruauit Plin. causamque huius rei Appiõ in libris Aegyptiacis dicit, quòd insectis, apertisque corporibus, ut mos fuit, quas Græci *αυατομας* vocant, compertum est, quendam tenuissimum neruum ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pertinere, visumque esse, eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens, & quasi cõ

nexus

nexus cum principatu cordis uideretur. *cap. fœminæ. 30. q. 3.* Qua de causa etiam, Macrobius in libro septimo Satur. Aegyptiorum Sacerdotes circa Deorum aras positi, hunc in singulis digitum confectis odoribus, illiniebant, ac propterea anularem, medicinalemq; appellabant. Alij putant in hunc digitum anulum immisum fuisse, ne aurum tam facile obterreretur (signauissimū enim eum esse inter omnes digitos manifestum est) ideoq; ad auri, & gemmarum incolumitatem aptior uisus est, non enim exporrigi sine aliorum comitatu potest, unde minus attritui obnoxius est. Accedit læuæ manus opportunitas, in quâ relegatus est, quòd dextera otiosior esset, quæ plurimum negotiorum gerit. Ad quod facere videtur Gracchi in Meuium paulò ante citata inuectiua, cum ait. *Considerate Quirites sinistram eius &c.* Postea autē, procedente tēpore, & pollici proximum induere etiam Deorū simulacris, uocaturq; à Polluce lib. 2. c. 1. eius digiti anulus. *καρρτανον*, sicuti *ἀκαρρς*, qui in minimo gestatur. Galli uerò, & Britanni medium, mox minimum nostri Græcorum more, quod sanè conuenientius institutum fuisse, docet his uerbis Clem. Alex. *pædag. lib. 3. c. 11.* *Sed neque est à uiris anulus in articulo ferendus, hoc enim est muliebre, sed in paruo digito, atq; adeò in extrema eius parte est demittendus: ita enim erit manus proximè ad operandum expedita in ijs, in quibus ea egemus, neque facillè excidet sigillum,*

quod maiore articuli ligamento custoditur.

*Quo digito
anulus Epi
scopo gestā
dus.*

*Anuli à ue
teribus in
auribus ge
stati, &
propterea ir
risi.*

Ceterum de eo quidquid scriptores dicant, nam & hodie pro animi sui sententia quisque anulum gestat. Sanè & Episcopis anulum in eo digito, de quo priore loco diximus, gestandum, esse tradit. Isid. lib. primo de Ecclesiasticis officijs cap. 19. & Imol. in cap. Clerici de uit. & honest. Cler. quanquam usu receptum fuerit, ut à nonnullis ipsorum in indice manus dexteræ gestetur; quod institutum putarem tum Hebreorum exemplo Ter. 22. *Etiamsi Iconias anulus fuerit in manu mea dextera, inde euellam illum*, tum etiam quod digitus index salutaris dicatur Suet. in Aug. cap. 80. Trebell. Poll. in vita M. Septimij; salutaris verò appellatur inquit Apul. lib. 1. & Martianus Cappella de nuptijs Philologiæ, quia fileatium indicat. Neque demum anulis digitos onerare antiquitati sat fuit, sed auribus quoque ipsis (ne nouitium inuentum putes) inferere non dubitarint, quod tamen vitium non omnibus commune, sed Barbaris præcipuum maximèque Pœnis, qui propterea malè apud Romanos audiebant, neque mediocriter probis afficiebantur. Argumento sunt, quæ Plautus in Pœn. act. 5. sc. 2. ait. *Milphio Videm homines sarcinatos, consequi; at ut opinor, digitos in manibus non habent. Agoras. quid ita? Milph. quia incedunt cum anulatis auribus.* & Lucillius. *Nequam est, aurum aures cuius vehementius ambit.* Vnde èt iocus Cic. in Afrum; *atqui aurè foratà habes.*

Quæ

Quæ signa veterum in anulis. Cap. VI.



Ost quã anulorũ primordia ab ipsius penè mundi origine ducta, præcipuãq; de illis veterũ curã lōga fatis adhuc animaduersione perpendi-

mus, reliquũ est, vt quæ ad eorũ vsum maximè spectant, singulas sigillorum formas, ac species prosequendo, quã strictissima oratione tractemus. Plurifariam autem signare antiquos consueuisse constat. Nam primũ nudæ dumtaxat literarum notæ habebantur, vt obseruauit Meurs. exercit. critic. part. 2. cap. 9. mox verò sculptura multiplex in vfu fuit, de qua Plin. lib. 33. cap. 1. Erat verò in ipsa materia non in gemmis, quas postea demũ addere cæperunt, vt ex Macrob. lib. 7. cap. 13. patet. Succrescente aut luxu, adfcitis gemmis, desitæ literæ, sculpturæ locus fuit, sed, & hoc variè, nam Romanis quidem anulo tantum signatorio, inclusa scilicet gemma, sculpturam uel imaginem aliquam habente signare concessum legitur ff. de liberis,

& postu. Cuius sanè moris (ut de ijs primo loco dicamus quorum iam mentionem institui mus) superiorem Africanum Principemuisse tradit Alex. ab Alex. gen. diæ. lib. 2. c. 19. qui primus saxi fragmentum Sardonichen nimirum auro inclusum, gemmæ loco gestarit, quòd sola gemmarum ceram non auferret.

*Africanus
pater prior
gemma ad
signandum
auro inclu-
sam habuit
Sardeni-
chas ceram
non auferret.*

Hodie tamen preter eã inciduntur & alię, Achates scilicet, Onix, & sarda; sed & Adamas, cuius nouitij princeps fuit Iacobus Treccia, qui primus (ut refert Antonius Gueuar.) gentilitia stemmata, Phlippi Hispan. Regis ea geminã sculpsit. Sed ante Africanũ certẽ Iosephi anulum, quẽ à Pharaone Aegypti Rege dono acceperat, signũ aliquod inclusum habuisse, fateri necesse est, crucis fortasse formã reddens, si Gretsero credimus lib. 4. c. 8. de Sancta Cruce. Quin & David ipse Prophetæ Regius (Quod Meursij obseruationi repugnare uidetur) ut testatur Greg. Tholosæ lib. 6. de Rep. cap. 16. Leonem in anulo insculptum gestauit, quẽ postea etiam sequuti sunt reges Iuda, ut narrat Rabbi Abraham in Cabala historica cap. 1. & 17. eo fortasse consilio adducti, quod ipse Leonem necasset, uel quod significaret illud: *vicit Leo de tribu Iuda radix David.*

Augusti.

Quid Sphynx.

Verũ reliqua iã antiquitatis si gna persequamur Plinius lib. 37. cap. 1. & Suetonius in Octauio cap. 40. ipsum adeo silentij amatorem fuisse, scribũt, ut Sphyn gem in anulo insculptam gestarit, qua literas, ac diplomata signare solitus esset, eo fortasse intuitu, quo Aegyptij, qui in foribus templorum Dijs dicatorum Sphyn ges pingebant, ut indicarent, diuina dogmata, sacraque mysteria per enigmatum nodos esse inuolabiliter custodienda. Erat siquidem Sphynx monstrum

strum quoddam, teste Diod. Sic. lib. 40. & Plinio lib. 8. cap. 21. cuius caput, & manus puellæ similitudinem, corpus canis, alæ auis, uox hominis referebant; quamquam mox, mutato consilio, ad fugiendam detractionem eorum, qui eius literas, & edicta Spynge signata accipientes, illa ænigmata afferre dicebant, Alexandri Magni imagine, per multum temporis est usus; nihil tamen refert; nouissimè postea sua ipsius imagine usû etiam esse insculpta à Dioscoride artifice sculpendis gemmis peritissimo, quam in signando in usum sequentes Principes, Galba excepto, traxere, qui ex Dione, & Cæl. lib. 6. cap. 29. Signatorium habuit anulum maioribus suis familiarem, *canem scilicet sese e pro- ra proclinantem.* Nonnulli Harpocratem, Aegyptiosq; Deos insculpsere; notaq; est Pirrhi gemma, in qua Apollo, & Musæ cum suis insignibus non effictæ, sed natiua specie uisebantur, & anulus Syllæ, in quo, ut refert. Val. Max. lib. 8. cap. 909. traditus Iugurtha incusus erat. Celebratur quoq; Mecænatis rana, & ensifer Leo, ac trophea Pompei; nec non Seleucij fatalis anulus, in quo anchora efficta uisebatur, cuius imago in femore posteris familiæ natiua apparuit. Quin & Augustus corpore maculoso in modum, & ordinem cœlestis ursæ notas habuit; & Lacedæmoniorum Regem Darium aquilæ sigillo draconem unguibus tenentis usum esse scribit Ioseph. de antiq. Iudaic. lib. 12. cap. 5. Plinius quo-

Galba

lus.

Pirrhi.

Sylla.

Mecænatis.

Pompei.

Seleucij.

Darj.

Plinij.

que junior Bythinia proconsul, quadriga se in signum adhibuisse, sapius memorat. Proditumque memoriae est, Mactrianorum familiam hoc habuisse proprium, ut Alexandri Magni imagines tam uiri, quam foeminae in anulis deferrent, & reliqua supellectile insculptas. Thucidid. etiam narrat, Persarum reges Cyri imaginem in anulis, aliquando Darius, ad cuius equi hinc itum rex primus creatus esset, habuisse. Marcus uero Tullius de finibus Epicuri studiosos memorans; Epicuri, inquit, imaginem non modo in tabulis, sed etiam in anulis. (Nonnius legit, in anellis) habebant & apud Lucianum in Philopseude, Philocles gloriatur, quod anulum haberet sacrum Pythij Apollinis imaginem exprimente sigillo, quocum (diabolo scilicet) ad libitum colloquebatur. Quemadmodum etiam plerique libidini dediti nudatos anulis eos habuere, quos amarent, vel amicas, ut ne si uellent quidem, possent affectionis, & amoris obliuisci, quod libido, & intemperantia in mentem perpetuo reuocaret, ut etiam infra ostendam. Euiusmodi est, quod apud Palut. Pseud. act. I. Sc. I. legitur.

Tuam amicam uideo Calidore. Ca. ubi ea est, obsecro.

Eccam in tabellis porrectam, in cera cubat.

Veneficia Alij sub anulis venena claufere, sicut Demosthenes summus oratorum Graeciae, gemmasque mortis gratia habuere, Plin. lib. & cap. cit. Sic Excestus Phocensium Tyrannus, ut scribit

Ari-

Aristoteles in lib. de rep. Phocen. duos gesta-
bat incantatos anulos, quibus inter se inui-
cem sonitu obstreperantibus, rerum gerenda-
rum tempus sciebat; licet postea dolo inter-
fectus perierit, quamuis id prius sonitus
significasset. His non absimiles fuisse, conij-
cio Apollonij Thyanæi anulos, quibus iuxta
numerum septem stellarum ab Iarcha dona-
tus fuerat. Fertur enim eos instar numinis ha-
buisse, ita ut singulis diebus per vices varia-
ret, maximorumque; ut Philostratus refert, secre-
torum particeps fieret. Notus est & Gygis, &
Midæ anulus apud Platonem celebratissimi.

Sed & præterea nonnulla Hierony. Card. si-
gilla celebrat, quæ ad multiplicia commoda, *Cavdani,*
conferre, ineptè existimat de rerum variet. lib. *et aliorum*
16. c. 89. ubi vim aliquam sigillis inesse posse ex *ineptia.*
eo infert, quod dum sculpiamus, aut fingimus,
nis astri instuat, recipiaturque; unde metal-
lica quidem sigilla plus virium ab astris consequi,
lapidea verò plus spontè habere, superstitiosè
nimis existimat. Oportere enim, sentit, his con-
uenire facultatis naturam, & materiam, & syde-
ris, tum hominis, qui eo uti velit; ut si velit anu-
lum, aut sigillum ad conciliandum, exempli gratia,
somnia, eligendum esse lapidem somniferum,
qualis est Hyacinthinus, aut Christalli spe-
cies cæruleo distincta. Figuram quoque in his,
quæ ad affectus animi pertinent multum con-
ferre scribit, veluti ad somnum insculpando
hominem iuxta rivum in sylva dormientem;

nam & intuitū, & memoriā imaginis profuturam, ait; quod si lapis viridis sit, ipso colore conducturū, aut ex aqueo & viridi cōmixtus, velut prasij species cū fascijs albis. Tradit ē Trallianus Medicus, Herculis imaginem supinē iacentis, leonemque strangulantis anulo inclusam, digitoque gestatam ad dolorem, vt vocant, colicum amuletum esse peculiare. Necnon vtilēs mulieribus vterum gestantibus eburneos anulos ad menstrua, & defectiones animi, scribit Leuinus Lemnius Suidā referens. Quę omnia simpliciter superstitiosa sunt, falsissima simul, nisi aliās sigilli materię vim aliquam natura communicauerit. Ceterum de anulis huiusmodi, præter ipsum etiam Cardanum, illustris apud Lucian. locus in Nauig. extat. Nōs reliqua prosequamur Africanus Scipio filius patris effigiem anulo inculpsit, quę postea Romani odio inducti, præteritorum malorum memores de manu eius detraxerunt, vt scriptum reliquit Valer. Max. lib. 3. cap. 305. eo nimirum consilio, ne quid eo temerē signaret. Cuius quoque rei intuitu, aliquos etiam didici capitali supplicio damnatos, quod Tyranni imaginem in anulo gestarent, & D. quidem Ambrosius lib. primo off. c. 49. Si Tyranni, inquit, imaginem aliquis habeat, nonne obnoxius est damnationi? Memini, subdit, me legisse quosdam capitali supplicio damnatos, quod Bruti, & Casij interfectorum Casaris imagines in anulis asservarent. Ex quo patet, quā infē-

*Aphricani
filij anulus.*

*Vetisē Ty-
ranni ima-
ginē in anu-
lis habere.*

infestæ præscis essent Tyrannorum imagines, quàm inuisa nominis memoria. At verò contra, qui bene merentium Icones anulis effictas latrinæ, aut Lupanari admouisset, is sub Tiberio capitali noxæ subijciebatur, vt disertè testatur Seneca lib. 3. de benef. capitu. 26. Plin. lib. 33. cap. 3. & Suet. in Tiberio. Amicorum præterea, aut maiorum effigies anulis nonnullos gestasse, ostendit non vno loco Val. Max. & Ouid. lib. 1. Trist. eleg. 6.

Hæc tibi dissimula, sentis tamen optimè, dici

In digito qui me fersq; refersq; tuo;

Effigiemq; meam fuluo complexus in auro

Cara relegati, quæ potes, ora vides

Quæ quoties spectas, subeat tibi dicere forsam

Quàm procul à nobis Naso sodalis abest.

Quem etiã morè Martialis expressit, dum de anulo Stellæ sui lib. 4. epigram. 12. differit.

Res non difficilis mihi videtur

Vno cum digito, vel hoc, vel illo

Portet Stella meus decem puellas.

Quamuis enim non desint, qui interpretantur, decem anulis digitorum Stellæ oneratum, mihi tamen magis placet, gemmas decem uno anulo inclusas gestasse, quarum singulæ puellæ imaginem redderent. Facit, quod Mardobæus de anulo Pyrrî, de quo supra, canit

Rex Pyrrhus digito gestasse, refertur, A-
chatem

Cuius plena nonem signabat pagina Musas,

Et stans in medio cytharam tangebatur Apollo

Non artis opus, mirabile dictu.

Et si testes plures desideras, lege Plinium libro 37. c. 100. ad Solinū c. 11. Alexandrū Neap. cap. 19. lib. 2. ubi mira de gemis leges.

Alia alij in anulis signa habuere, quæ qui plenius discere velit, vnius Abrahami Gorlaei non vulgaris eruditionis viri dactyli thecam adeat, vbi ad iuuum ære diligentissimè incisa veterum signacula visuntur. Nos verò satiam externis exemplis, & prophanis gentiliū ritibus declaratis, quæ olim Christianorum anulis signacula includi solerent, videamus. Et quidem Clem. Alex. Pædag. lib. 3. cap. 11. in hanc rem; sint, inquit, nobis signacula columba, vel piscis, vel naui, quæ celeri cursu à vento fertur, vel lyra musica, quæ vsus est Polycrates, vel anchora nautica, quam insculpebat Seleucus, & si sit piscans aliquid, meminerit Apostoli, & puerorum, qui ex aqua extrahuntur, Neque enim idolorum sunt imprimendæ facies, sed nec ensis vel arcus ijs, qui pacem prosequuntur, nec pocula ijs, qui sunt moderati, ac temperantes. Hæc ille. A quo etiam consilio non abhorruit postea Atteius Capito Pontificij, prisci; iuris in primis peritus, nefas esse putans, Deo

*Anicorum
imagines
anulis effi-
ta.*

*Qualia
Christiano-
rum sigilla
esse debeant.*

*Referuntur
varis de
notis huius
modi sensus
opiniones.*



rum formas anulis insculpi, ut Macrobius ait lib. 7. cap. 13. Porro (quod ad Christianorum etiã veterum anulos pertinet) nota huiusmodi insculptos quoque fuisse, testatur uir eruditissimus Cæsar Baron. tom. 1. ad

ann. Christi 57. num. 52. ex ijs, quos è rude-
ribus refossos viderat, quam sanctè Christi
nomen continere arbitratur. Quoniam verò
frequens notæ huiusce vsus multis etiam ante
seculis occurrit, quàm humanam carnem
Christus indueret, ac proinde tam sanctum
nomen innotesceret, eo fit, vt in varias de
notæ intelligentia viri docti discedant. Sũt
enim, qui stellulam illã in ethnicorum numis-
matis expressam, immortalitatis notã esse, &
diuinitatis putent. De picta Aegyptij Stella Deũ
significant, inquit, Orus Apollo lib. 2. Hiero-
glyphicor. cap. 1. & lib. 1. cap. 13. Alij, sunt,
qui significari putent $\chi\rho\iota\varsigma\eta\rho\iota\sigma\upsilon\nu$. Nec desunt,
qui, $\chi\rho\iota\sigma\alpha\pi\epsilon\upsilon\varsigma$, quod Iouis apud Cares epi-
theton; sunt etiam quibus magis placeat
 $\chi\rho\epsilon\mu\alpha\varsigma$, qui inter, Principes Atheniensium
reperitur. Quidam cautiùs, & veriùs aiunt,
esse notam nominis ignoti, cuius primæ lite-
ræ χ & ρ . moris enim fuisse propria nomina
Præfectorum rei, seu monetæ in nummis ex-
primere. Sunt præterea, qui signa hæc offi-
cina, vel magistratus notas esse, existiment.
Hieronymus verò Borsærius, cuius me for-
tè vrbánitas ad id etiam obiter scribendum
appulit, iuuenis haud mediocriter antiqui-
tatis gnarus, præter alias rationes, quibus
pacem ea nota veteres indicasse, ostendit
(pro quibus ipsum consule, ad Theatri Insu-
bricæ Magnificentia tomum tertium lib. 23.)
Probi etiam Augusti numismate adductus,

Stellula hys
roglyphicũ
immortalit
tatis.

Probus
Imperator
gentilis.

in quo similis omnino nota efficta conspicitur, pacis potius, quam Christi nomen indicari posse, putat, nullam Ethnico Imperatori, & à Christiana religione quam maxime alieno Christi nominis notitiam adscribens. Ego ingeniosas hascè doctissimorum virorum sententias primum commendarim, deinde, licet, præter coniecturas, quod adferam, sicut & alij, non habeam, arbitror tamen cum Iacobo Gretsero libro secundo de S. Cruce cap. 38. nota illa in antiquis numismatibus vocem $\chi\rho\iota\sigma\tau\omicron$ signari, hoc est *bonus, benignus, clemens*: quæa modum etiam Ptolomæi nummum, de quo idē Gretsero cit. loco, Principis bonitatem ea nota indicasse perspicuum ex eo est, quod alijs etiam honorificis cognomentis à virtutibus ipsis desumptis *Ptolomæus* videlicet, *Euergetes*, *Philadelphus*, & *Philometor* dictus est. Non igitur mirū, si & Christi cognomētū ipse, alijsq; diuerso tamen sensu sibi vendicariat, quod, ut inquit Tertull. apol. cap. 3. de suauitate, vel benignitate compositum est. Neq; verò præterea, multum officeret, etiam si Probo nominis saluatoris nostri indicem fuisse, assereremus, quando & à successoribus Constantini Magnætio, Decentio, & alijs tyrannis alioqui vsurpatam huiusmodi notam videamus, eaq; sua ipsorum labara exornare consueuerint, quod multis locis apud eundem Gretserum apertissimum fit.

Quin etiam Crucis tantum signo, aliquando Christianorum anulos insignitos fuisse, exemplum habemus in anulo ferreo Sanctæ Macrinæ, cuius meminit Gregor. Nyss. in vita eiusdem. Addam & illud: sanctorum quoque virorum imagines effingi solitas, ut D. Chrysost. in oratione in laudem Meletæ de Antiochenis author est. Neque etiam Sanctissimis veteris Ecclesiæ Patribus peculiaribus quædam signacula de fuisse, comperio, quibus quas publicè darent literas communiarent, quod tum ex præfatione Clodovei in principio Concilij Aurelian. I. expressum habetur, tum etiam ex D. Augustini epist. ad Victorinum, quæ 217. est in ordine, ubi ad finem, *Hanc, inquit, epistolam signatam misi anulo, qui exprimit faciem hominis attendentis in latus.* Aliud præterea anulorum genus ad obsignandum familiare antiquis extitisse, didici ex ijs Bataviæ, & inferioris Germaniæ antiquitatibus, quæ nuper ex Petri Scriuerij Musæo prodierunt, inter quas anulata clavis visitur, ad duplicem scilicet usum, signandi, aperiendique, quam libuit sculptoris manu fideliter expressam hoc loco apponere.

*Anuli
Christiano
rum Cruce
insigniti.*

*Imagines
SS. virorum
in anulis ef-
fictæ.*

*D. Augusti
ni signacu-
lum quale
fuerit.*

*Claves an-
tice ad
duplicem
usum vete-
res habue-
re.*



Eiusmodi verò claves, siue anulos complures
 in ruinis arcis Britannicæ, & alibi erutos,
 videre est apud antiquarios forma minutis-
 simi digiti. Vir summus Iustus Lipsi, horum
 maximam copiam fuisse vereribus, existi-
 mat.

De alia signorum specie, siue de ijs, quæ
vulgò sigilla appellantur.

Cap. VII.

Retiosorum lapillorum, gemma-
rumque discrimini, quod inter si-
gnandum pati viderentur, ab alijs
acrioris iuditij viris paulatim sa-
pientissimè obuiam itum est: intermisso,
namquè anulorum vsu, quorum per id tem-
poris ad eum vsum frequentissimus adeò
fuerat, vt Annibal, clade Romanis ad Can-
nas illata, vltra modium anulorum aureorum,
quos mortuorum digitis detraxerat, Charta-
ginem miserit, vt Liu. tradit dec. 3. lib. 3.
aureas pallas nonnulli, nonnulli etiam fer-
rea signacula ad signandum aptiora existi-
marunt. Quamquam, & ante anulorum v-
sum, ligna ad obsignandum veteres adhi-
buisse, græco vocabulo, *σφραγιδεσα* appellata
infra demonstrabimus. Ac de aureis quidē
pallis Suetonius in vita Claud. Cæs. & Budæ
us lib. 3. de asse sub eiusdem principatu auro
ipso, non gemma signari consueuisse, scribunt,
quòd violare signis gemmas, nefas antiqui
ducerent. Quomodo Commodus ipse Im-
perator palla aurea, impresso ei Amazoniæ
signo, signasse, dicitur, donec; secutis tempo-
ribus passim id insigne appeti cœptum est.
Porrò de signaculis, quæ nos hodie sigilla
parum

Maxima
anulorum
copia anti-
quis.

Palla aurea
ad signan-
dum adhi-
beri capta.

Lignea si-
gilla prima
omniū ad-
hibita à
vermibus
exesa.

Commodi
Imperato-
ri sigillum.

parum latinè nominamus, inter alia scripto-
rum loca, illustris apud Lycophronem in
Cassan. is extat, cuius etiam cap. primo me-
minimus.

*Reliqua porrò vermiculatum non tangens
ædes*

Sigillum servabit.

Ex qua loquendi formula id planè deducitur,
solitos olim veteres pro sigillis, vermiculatis
lignis, à vermibus scilicet exesis vti, magnitu-
dinis minutissimi digiti, vt expressit Lips. ad

*Thripide-
sta quid
sint.*

*Lignis à
vermibus
exesis prin-
cipio vete-
res ad obsi-
gnandum
vsi.*

Tacit. Nec desunt grauisimorum scripto-
rum de eo testimonia, vnde hæc habet Eu-
stath. Odyss. prima. *θηρηπιδεσα, ξυληρια τα υ-
ποδριπων βεβρωμενα οἱς ἐχρῶντο οἱ σφοδρα οικονομη-
χοι ἀπὲ γλυπ τῶν σφραγιδῶν* Hoc est. *Thripidesta
sunt parua ligna exesa à vermibus, quibus vte-
bantur, qui rem familiarem diligenter custodie-
bant pro signis sculptis.* Suidas verò *θηρηπιδεσα
τα ξυλα ὑποδριπων βεβρωμενα οἱς σφραμιζον.* id est
*Thripidesta sunt ligna à vermibus exesa, quibus
vtebantur ad obsignandum.* Ethymologici au-
ctor *θηρηπιδεσα τῶν ὑποδριπων δαι βεβρωμενα
ξύλα οἱς ἀπὲ σφραγιδος ἐχρῶντο.* id: *Thripidesta
sunt ligna à vermibus exesa, quibus pro sigillo
vtebantur.* Quam consuetudinem apud Ari-
stophanem etiam obseruare licet *δισμοσφορία,*
quem consule.

sed iam tempus esse puto, vt à priscis illis
ad ea, quæ proxime ætatem nostram sunt,
transeamus. Euanuit sensim cùm sigillorum
huius-

huiusmodi, tum etiam anulorum usus, & ferreis, argenteisque à nostris locus tantum datus est in quibus sua quisque gentilitia stēmata, insigniaue ad obfignandum efficta seruat. Ceterum quod similibus quoque sigillorum varias à scriptoribus passim formas, easque insuetas summo studio obseruari video, tum verò præcipue quibus Germanici Cæsares ad tempus vsi sunt, commodius apud Lazium, & Bonfinium de rebus Hungaricis quisque obseruare poterit.

Ioannes verò Boemus lib. secundo de Asia refert Tartarorum Imperatorem sigillum habere cum hac inscriptione. *Deus in celo, & Chuichuth Cham in terra, Dei fortitudo, & omnium hominum Imperator.* Verum hoc loco ad hominis impudentissimi arrogantiam euulgandam interferere placet Erasmi nefarii sigillum, quod, Mureto authore, in notis ad Orat. tertiam Cic. in Catil. termini notam reddebat, additis duabus vocibus, *Nulli cedo.* Sed hæc satis; qui plura eiusmodi desiderat, historicos adeat.

*Imperato-
ris Tarta-
rorum si-
gnū quale.*

*Erasmi si-
gillum.*

De fide anulis, sive sigillis habita.

Cap. VIII.

Tantum præterea anulis ab antiquis tributum fuit, ut cum illos fidei symbola haberent, & ratum quidquid ijs signatum foret, certumque arbitrarentur, eo factum

D est,

Signa epistoliarum diligenter inspicere solita antequam legerentur.

est, ut cum literas ab aliquo perferri contigisset, appositam continuo sigilli notam inspicere diligenter solerent, moxq; scribentis signo cognito, cui tū præcipuè mori locus erat, plenam tabellis etiam si alioqui aliena manu exaratis fidem habebant, neque se postea vlllo modo decipi posse credebant, id quod ex Plauto Pseud. præcipuè intelligitur, vbi Sycophanta ita Ballionem alloquitur.

Accipe, hem cognosce signum

& mox.

Miles Lenoni Ballioni epistolam

Conscriptam mittit Polimachæro placides,

Imaginem obseruatam, quæ inter nos duo

Conuenit olim. Sy. Symbolum est in epistola

Bal. video, & cognosco signum.

Et Bacchid. etiam eandem consuetudinem memorat vbi Nicobulo tabellas reddit Chrysalus à filio

Nunc hasce tabellas ferre me iussit;

Orabat, ut quod isthic esset scriptum, fieret.

Nicob. Cedo. Chryf. nosce signum. Nic. noui.

Quò etiam illud Xenophontis spectat lib. 5. de rebus Græcorum, cum refert Tiribazum antequam literas Regis Persarum legeret, ijs qui audituri essent prius signa eadem de causa ostendisse.

Prius

Prius autem signa inspicere solebant, quod scilicet cum lino, aperta epistola, frangerentur.

Propterea enim (ut apud Livium legimus Histor. lib. 27.) cum Marcelli Consulis anulo, & corpore Annibal potitus esset, metuens Crispinus collega, ne eius signi errore aliquis dolus necteretur a Pœno, circa Ciuitates proximam nuncios miserat, qui & occisum collegam esse, & anulo eius hostem potitum, ne quibus literis crederent Marcelli nomine compositis. Neque præterea eundem ipsum morem perspicue minus ex Propertio colligere est, qui pro amissis pugillaribus amatorijs hanc querimoniam facit Eleg. 22. lib. 3.

*Crispini in
dustria cõ-
tra Anni-
balem Mar-
celli anulo
iam poti-
tum.*

*Has quõdam meis manibus detriuerat vsus,
Qui non signatas iussit habere fidem.
Non illas fixum charas effecerat aurum
Vulgari buxo sordida cera fuit.*

Qualescumq; semper mihi mansere fideles.

Quem locum Beroaldus explicans, vsus inquit, mearum manuū attriuerat tabellas, ut etiam non ob-signatæ cognoscibiles forent, signum enim fidem faciebat a quo literæ darentur. Sed quoniam forte in pugillarium mentionem incidimus, valde alienum ab instituto futurum minimè arbitror, quid pugillares, siue pugillaria essent in medium afferre. Erant igitur pugillares tabellæ ceratæ triangularis formæ, in quibus scribebatur, quarum, vsus fuit ante tempora Troiana, nam Homerus Bellerophonti co-

*Signum, a
quo mitte-
retur episto-
la fidem fa-
ciebat.*

*Quid pugil-
lares essent,
& quando
illorum vsus.*

*Pugillares
multiplices*

*Frequentius
in chartis,
& tabellis,
quàm in
membranis
scripturatum
temporibus
D. Augu-
stini.*

*Inter episto-
la signum
insufficiendū
Vitalianus
interficitur*

dicillos datos, non epistolas scribit, inde tabellarios vocauerunt earum portitores, scribebant enim in dedolatis è ligno codicillis, & à libris arborum, hoc est corticibus librariorum scriptores. Porro pugillares pluribus apud veteres nominibus distinguebantur, alij enim quincuplices, alij duplices, triplices alij nominabantur, ijque aut eborei, aut citrei aut etiam membranæ dicti, qui ex citro, ebore, & membranis conficiebantur. Quamquam rarò ab ipsis in membranis scripturatum, nec nisi chartæ & tabellarum inopia, argumento sunt, quæ D. Augustinus epistol. 113. ad Romanianum scribens habet, ait enim *Non hæc epistola sic inopiam chartæ indicat, ut membranas saltem abundare testetur. Tabellas eburneas, quas habeo, auunculo tuo cum literis misi. Redeo nunc vnde digressus eram.* Aufonius huiusce quoque consuetudinis meminisse visus est, epistola 22. ad Paulinum, cum ait. *Hoc quòd facilius impetrarem, aut quòd maiorem verereris molestiam si negares, concinnatam iambis, signatamque epistolam misi, ne subornatum diceres tabellarium, si ad te sine signi fide veniret.*

Apertissimum verò huius rei testimonium affert Herod. Alex. hist. lib. 7. in Maximino, & Iul. Capitol. in Gordia. cum Vitaliani prætorianorum militum præsidis Maximini Imperatoris necem memorant. Quæstorem Gordianus miserat adolescentem corpore validum,

dum, & ad omne discrimen paratissimum cum fictis literis, & quasi Maximini anulo obfignatis, per quas arcana, occultaq; negotia significare Imperatoribus mos erat, iubens, eum ante lucem urbem cum militibus intrare, & dum adhuc Vitalianus ius redderet, accedere ad eum intra cellulam, ubi res secretas ad principem suum pertinentes scrutari consueuerat, habere se ad eum literas à Maximino, addens, velle etiam, remotis arbitris, de rebus ad securitatem Imperatoris spectantibus cum illo colloqui, mandataque Principis exponere simulans. Deinde (Herodiani verba sunt) *signis agnoscendis occupatum*, dum se aliquid disturū, simularet, pugione, quem in sinu occultum haberet de repente confoderet. Quæ scilicet omnia ex sententia successerunt, etenim ante lucem, quo tempore prodire illi mos fuerat, inuenit hominem penè solum, paucis tantum circumstantibus, quippe alij nondum venerant, alij salutato abierant priusquam dilucesceret. Igitur vacante illo, ac paucis dumtaxat ante cellulam inuentis, facilè intromissus est, porrectisque pugillaribus *contemplantem eum signa diligentius* (Herodiani verba sunt) prolato pugione confodit. Summam igitur habitam olim signis fidem cum allata exemplā, tū miserimus èt Antistij Petronis integer apertissimè comprobauit. Cum enim (vt scribit Dionys. Halic. antiq. Rom. lib. 3.)

*Astus Sexti
Tarquinij
in Gabinij
prodendis
recensetur.*

*Petroni in-
teritus.*

Optaret Sextus natorum Tarquinij maximus præcipuos Gabinorum de Patris consilio funditus perdere, quò faciliùs Gabinios, quibus tum astu maximo, simulata scilicet in patrem seuitia, præerat, in eius potestatem redigeret, aduocata concione, paratum se, aiebat, imperium deponere, aufugereque priusquàm à proditore compræhensus patri dederetur simulq; fictis lachrymis, quasi verè in extremo vitæ discrimine esset, concitata iam multitudine, proditorem studiosè Antistium nominauit. Is, vt erat animi integerrimi à missis arbitris inquisitionem domi suæ fieri libenter passus est cum Sexto interim in concione manens, donec perscrutatores redirent. Verùm iam ille corruptos pecunia eius seruos subornauerat, qui Tarquinij sigillo obfirmatas literas domi deponerent, quo facto cum postea ab inquisitoribus in concionem epistolæ variæ allatæ fuissent, tum ea ad manus venit, quem Antistio inscriptam Sextus è patris signaculo agnoscere dictitans scribæ publico legendam tradidit. Continebantur in ea mandata, vt viuum omnino si posset filium sibi traderet; sin minus caput saltem abscisum. Atque ita innocentissimi Petronis exitium haud frustra molitus, lapidibus obrutū vidit. Sed neque ab hoc loco multum abesse video, quod apud Am. Marcell. in Constantio, & Iuliano de principe quodam vrbansimo, ac verecundissimo, cui Marci nomen erat

*Signum epi
stolæ dolo
appositum
Petronæ per
dit in sententiâ.*

erat, qui, cum ad imperiale culmen in Syria
 Calsius euectus esset, epistolarum fascem ab
 eo ad conscios missum, perlatore capto sibi
 oblatum illico signatum exuri præcepit, ne in
 fidiatore per signum cognito, inuitus aliquem
 habere posset offensum. Cuius etiã con-
 suetudinis fidem astruit idem Halicarnas. lib.
 5. cum insigne Bruti Consulis factum recen-
 ser, qui tribunali ascenso, vt coniuuratorum epi-
 stolas audiret, vbi filiorum literas ex vtriusq;
 sigillo primum deinde post auulsa signacula e
 manu etiã agnouit, à scriba recitari iussit
 omnibus audientibus, mox data filijs, si vel-
 lent, dicendi copia, cum neuter impudenter
 negare auderet, paulùm cunctatus surrexit, in
 dictoque per præconem silentio, capitalem
 sententiam in flentes filios protulit. At verò
 & apud Ciceronem morem hunc obseruare
 licet, si quidem in orationem pro Flacco ait,
neque enim testis ipse signo inspecto falsum nos pro-
ferre dixit, & in Catilinam, orat. 3. Literæ quæ
cumque erant in eo comitatu integris signis præto-
ribus traduntur & infra tabellas perferri iussimus
quæ à quoque dicebantur datæ; primum ostendimus
Cethego, signum cognouit, nos linum incidimus,
legimus. & infra introductus Statilius cognouit
manum, & signum. Tum ostendi tabellas Len-
tulo, & quasi cognosceret ne signum, annuit. est
verò inquam signum notum imago aui tui &c.
 Sed & Salustius in iisdem rebus recensendis.
 igitur, inquit, perlectis literis, cum prius omnes

Verres au-
dissimus
anulorum.

figna sua cognouissent &c. quod, ea de causa factum, opinor, ne postea ij contra quos facerent, perfugij aliquid haberent, dicerentque fictas esse; sed & cum in Verrem inuehit solertiam eiusdem verfutissimam indicans in deprædâdis signaculis, inquit, *casu iste signum animaduertit in cretula, exquisiuit vnde esset &c.* Hinc etiam idem Plautus in Bachid. *æquum, ait, est tabellis consignatis credere.* Et in Trin. act. 3. sc. 3. huiusce consuetudinis testimonium profert, vbi Calicles senex Megaronidem fictas exarare literas studentem, commonefacit, fore vt ex anuli signo impostura, & falsitas innotescat, cum ait;

————— *Ferat epistolas*

Duas: eas nos consignemus, quasi sint à patre.

Et infra

Sed epistolas quando obsignatas afferret.

Si quidem obsignatas attulerit epistolas,

Nonne arbitraris eum adolescentem anuli Paterni signum nouisse? —————

Et mox.

Iam si obsignatas non ferret, dici hoc potest;

Apud portitorem eas resignatas sibi,

Inspectasq; esse —————

Et subdit paulò infra —————

Nihil est de signo quod vereare; me vide.

Ex quo etiam illud colligi potest, literas peregrè latas portitoribus commissas, vt pote, qui eas deinde curarent, omnibus noti, sicuti & tabellæ amatorix à solis scæminis si-
nu

nu gestabantur, vt auctor est Achil. Stat. ad Tibull. lib. secundo eleg. 6. & Ouidius de arte aman. lib. 3.

Scilicet obstabit custos, ne scribere possis,

Sumendæ detur cum tibi tempus aquæ?

Conscia cum possit scriptas portare tabellas,

Quas tegat in tepido fascia lata sinu.

At è diuerticulo in viam redeo; Curtiumq; eius moris consciùm profero, vt sedulam veterum operam indicem, figillis agnoscendis adhibitam: *Sisenni Persæ*, inquit, *Cretensis miles obsignatam anulo epistolam*, cuius signum hand sanè notum erat tradidit, quæ priusquam ei redderetur in manus *Alexandri* peruenerat, lectamque eam ignoti anuli sigillo impresso, *Sisenni* dari iusserat, ad fidem *Barbari æstimandam*.

Aliud præterea eius generis testimonium. Tacitus de *Petronio Arbitro* in hæc verba facit. *Ne codicillis quidem Neronem adulatus est, sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum, fœminarumque & nouitate cuiusque stupri perscripsit, atq; obsignata misit Neroni, fregitque anulum, ne mox vsui esset ad facienda pericula.* Ex quo *Petronij* metu, summam tunc anulis fidem habitam, discimus.

Ex his, quæ diximus facilè constare potest, quantum signis tribuere receptum esset, vt pote quibus tum animi consilia, tum fortunæ bona credere consueuerint. Verùm enim uerò illud quoquè dictis libet addere, quod obseruatione dignissimum mihi visum est, sigil-

Tabella a-
matoria si-
nu à fami-
nis perferrè
solita.

Sigilla ipsa ad fidē rei faciendam transmitti solita. la nonnumquam ipsa (præterquam quod epistolis, siue tabellis imprimerentur) transmittere veteres ad inuicem consueuissent, cum aut aliquem accerferent, aut vera esse, quæ

Lais corinthia per sigillum ab amatore aduocatur.

Vngaria Reges per sigillum uocant.

per nuncios mandassent indicare uellent. Perspicuum illud est ex Athenæo Deipnosoph. lib. 13. ubi Laidem Corinthiam ab amatore quodam per sigilli transmissionem aduocatam ostendit. sigillo, inquit, misso Laidē Corinthiam amator quidam ad se venire iussit, non possum inquit illa, lutum est. Quam etiam consuetudinē tangere uisus est Plutarcus in libello de curiositate his uerbis. Eadem de causa etiam omnis fides curioso derogatur, nam seruis, & peregrinis facilius credimus epistolas, atque literas, & sigilla, quam amicis, & familiaribus curiosis. Ex quo sanè more comparatum esse crediderim ut prisca iam Ungariæ Reges, ac Iudices (nam alibi consuetudinem hanc uisuisse affirmare non ausim) cum primum ex subditis quempiam quacumque ratione uellent aduocare, id per solam proprii sigilli transmissionem præstarent. Fidem uero huic obseruationi astruunt decreta nonnulla Regni illius, cum à D. Ladislauo per id temporis rege sancita, tum etiam à Colomano Belæ primi nepote, quæ ideo ad uerbum referenda censui quòd instituto capitis non mediocriter inseruiant. Leguntur autem apud D. Ladislaum infra scripta Capita libro scilicet primo cap. 42. quod inscribitur de spretu sigilli Regij, aut Iudicis.

Si quis autem regis sigillum super aliquem pro-
 uciens, & ipse in Curiam venire neglexerit, ra-
 tionem perdat, & quinque pensas persoluat & c.

Decreta Re-
 gum Vnga-
 ria de trās-
 mittendo si-
 gillo.

Et lib. 2. cap. 25. ita cauetur.

Possit Iudex sigillum suum mittere super quoscun-
 que exceptis Presbyteris, & Clericis, nec non &
 Comitibus, si quis autem & c.

Et cap. 26. eiusdem libri.

Si quis sigillum Iudicis negligens; ad causam non
 venerit, primò quinque pensis puniatur, si secundò,
 totidem, si tertio, rationem perdat, & consus red-
 datur pro debito.

Ad hæc Colomani decreta accedunt; &
 primò capitulo de citationibus Presbytero-
 rum hæc habet.

Episcoporum, & Comitum Cappellani, vel reli-
 quorum per sigillum Episcopi ad causandum co-
 gantur.

Et capitulo de citationibus Presbyterorū,
 & laicorum contra se se.

Si verò Clericus habet causam cum Laico, per
 Iudicis sigillum Laicus cogatur, si verò Laicus
 habet causam cum Clerico, per sigillum Episcopi
 Clericus cogatur.

Et capitulo, quòd nullus secularis Iudex
 Clerico det sigillum.

Nullus secularis Iudex præsumat sigillum Cleri-
 co dare.

Et demum capitulo quod nemo sine sigil-
 lis tributariorum extra Hungariã ire audeat.
 Egressuri de Hungaria à Theoloniarijs tam Regis,
 quam

quàm Comit̄is, qui exitus teneat, sigillum querant pro Theolonitarijs, quod Theolonitarius regis ab vna parte cum sigillo comprimat, ab altera parte Theolonitarius figuram Comit̄is sui concludat: si quis autem tentauerit sine tali sigillo egredi &c.

Huc quoq; spectat, quod Ludouicus Romanus in singulari suo 643. affert, vbi vult, sigilli ostensionem probationem inducere de mandato, itaquòd, quis ostendens alterius sigillum posset tanquàm procurator admitti. Ex his patet, quo loco antiquis anuli, & sigilla fuerint; & quàm promiscuè fidissimis nuntijs, certissimisque voluntatis suæ interpretibus yterentur. Sed iam ad reliqua transeamus.

Vetus epistolarum obsignandarum formula, resignandi artes, & vsus. signata varia contra resignantes excogitata, plumbi vsus. diuersi colores ceræ, & funiculi varij ad signandum, Romanis Pontific. familiaria. & sinistra dextera potior. Cap. VIII.



oportunos hic quæredi locus se offert, quoniam præcipuè tempore literas antiqui signare instituerint; opportunior verò ex dictis respondendi, sigilli quidem inuentum, atq; vsum innumeris ab hinc seculis extitisse: at verò quis eo prior, aut ad tabellas, aut alia quæque obsignanda vsus

fuc-

fuerit, haud facile constare posse, alibi demonstrauimus. Ceterum, quod ad epistolarum consignationem attinet, veteres primum omnium, cretam ad signandum adhibuisse, haud dubitarim. Author est Herodotus Enterpe, ubi Aegyptiorum ritus circa sacrificia referens, hæc habet. *Inspicit, & bonis caudæ pilos numquid eos habeat secundum naturam procreatos. Eum si fuerit his omnibus mundus, notat, alligato cornibus byblo, deinde applicita creta sigillari anulo impressa, abducitur: nã immolanti eo sigillo non notatam, pœna mortis sancita est &c.* & Lucian. in Pseud. quem mox referam, libellos & epistolas argilla consignari solitas, non vno loco indicat. Quod ipsum est Cicero in Ver. lib. 4. ac. secunda apertissimè meminit, his verbis. *Cum Valentio eius interpreti epistola Agraganto allata esset, casu signum iste animaduertit in cretula; placuit ei: exquisiuit vnde esset &c.* & Seruius ad VI. Aeneidos Virg. de Sybilla quadam loquens ait. *Quod cum ciues eius agnouissent, siue inuidia, siue miseratione commoti, ei epistolam miserunt creta antiquo more signatam.* Maximè verò ad huiusmodi usum nobilis extitit creta illa Asiatica, de qua Cicero in oratione pro Flacco. *Hæc, quæ est à nobis prolata laudatio obsignata erat creta illa Asiatica, quæ serè est omnibus nota nobis, qua vtuntur omnes, non modò in publicis, sed etiã in priuatis literis, quas quotidie mitti videmus à publicanis sepe vnicuiq; nostrum.* Cuius consuetudi-

Creta veteres primum ad obsignandum vsu.

tudinis argumento amoliri crimén, à L. Flacco, quem defendebat, conatus est; quòd scriptum testimonium, quo reus valde præmebatur, ceram haberet, non cretam, unde illud fictum, & adulterinum esse, argumentabatur.

*Creta, & cera
ceræ usus
promiscuus*

Fateor tamen, & procedente tempore, tû cretæ, tum ceræ usum promiscuum fuisse, quod apud Cicer. ipsum animaduertere est citato loco, ubi subdit. *Nostra igitur Laudatio consignata creta est, in illo autem testimonio, quod accusatori, dicitur, datum, ceram esse vidimus.*

*Cera cum
lino usus
ad obsegnã
dum.*

Ceterum, cum animaduertere paulatim cœpissent prisca, quale paterentur epistolæ discrimen, murato iam consilio, cretaque relicta, quòd modicæ nimium tenacitatis esset, ceram insequentibus temporibus assiduo usu retinere, additis insuper funiculis, quibus maioris securitatis gratia constringerentur. Quàm quidem signandi formulam etiãnum ætate hac nostra usu in dies, præsertim verò à mercatoribus retentã videmus, & à Polonis vniuersim, qui eas literas sic obsegnatas resticulas ex eo appellant, quòd restibus constringantur; qua de re Mart. Crom. Polon. hist. lib. 16.

Porrò consuetudinis huius non vno duntaxat loco Plautus meminit, & apertissime Bachid. act. 4. sc. 4. illic enim Chrysalus ad scribendam, atque obsegnandam epistolam

Stylum, ceram, tabellas, & linum sibi adferri, iubet; dum ait:

Cedò, tu ceram, ac linum actutum

Agè obliga, obfigna citò.

Erat autem Stylus (dicam obiter) quo in ceratis tabellis literas faciebant, vel pangebant potius; cuius adeò Styli cuspis (id, quod à Turnebo eruditissimo viro obseruatum est) qua æquor illud cereum inarabatur, acumen cluebat, vnde & M. Tullius, *omnia sub acumen Styli subeant, necesse est*: altra pars retusa erat, qua veluti transuerso calamo inducebant, eradebantquè oblitterantes, si quæ minus ex sententia videbantur, ipsamque ceram denuò complanabant, sartam (vti prius) æquabilemque cōcinnantes ad nouam scripturam supponendam, quasi succidaneam, veteri, ac fugitiua illa expuncta.

Linum verò petit Chrysalus, quo tabellas exaratas obligabant. Vnde apud Curtium.

Parmenion vinculum epistolæ soluens, quidnam rex ageret requirebat, Lucian. in Timone.

Posteaquàm autem signum ablatum fuerit, linum incisum, & tabulæ apertæ, declaratus nouus meus dominus. Quem morem, festiuissimè omniù, & eleganter Plutarchus testatur in libello de curiosis. vbi curiosos his verbis admonet.

Quare ad hoc etiam ad suescendum est, vt allatam epistolam non statim, neque festinanter soluas, quod multi faciunt, manibus cunctantibus, dentes vinculis iniicientes, eaque morsu rumpentes &

Plaut.

Stylus quid.

Epistola nō statim resignanda.

Plant. Pseud. act. 1. sc. 1.

Phœnicium Calidoro amatori suo

*Per ceram, & linum, literasq; interpretes
Salutem mittit, & salutem à te expetit.*

Cicero quoq; oratione tertia in Catilin eius motis meminit, cum ait, *signum cognouit, nos linum incidimus; legimus.* Verùm de lini vsu pauca repetam sequenti capite. Interea quod de ipsa veterum obsignandi formula tradit Rorberus Titius. Locorum controuerforum lib. 10. cap. 14. id scito totum à nobis firmiter retineri; complicatam namquè epistolam lino uinciebant, mox cera imponebatur, & anulus, siue sigillum imprimebatur, quod (vt scias, non ita crasso iudicio fuisse antiquos, ac perinde plerasque consuetudinum nostrarum ab ijs promanasse) quò faciliùs ceræ imprimeretur, saliuam prius (nobis etiam vsitatissimum) humectabant. Vnde apud Ouidium Amorum secundo eleg. 15.

*Mos hume-
ctandi sigil-
lum saliuam.*

Idem ego, vt arcanas possim signare tabellas

Neue tenax ceram siccaq; gemma trahat.

Et Iuuenalis Satyra prima.

Signator falsò, qui se lautum, atq; beatum

Exiguis tabulis, & gemma fecerat vda.

Sed nequè antiquis defuere modi, quibus resignarentur epistolæ (ut de eo pauca etiam subijciamus) quos ex vno Luciani loco in Pseud. & Cælio Calcagnino libello de oraculis discere est, vt literarum resignandarum

morem nefarium videas antiquis quoquè familiaritatem fuisse. Hos, etsi dolosissimi præstigiatoris astus excogitarit, tamen quòd instituto nostro ob antiquitatem, quam maximam redolent, fidem astruant, non erit inutile recensere. Fuit is Alexander quidam Abonotichita Apollonij Thyanei scelestissimi alumnus, qui se Podalyrij filium faciens, ac pro vate venditans, stolidos Calcedonas in hunc modum callidissimè decipiebat. Iusserat, ut quisque illorum (Luciani verba sunt) quod maximè à Deo de rebus proprijs discere vellet, id in libello conscriberet, eumque funiculis obuinctum cera, argillaue, aut simili re quapiam obsignaret: Se verò, acceptis libellis, cum subisset adyta, apparatus iam cortinæ, ordine per præconem eos euocaturum, qui tradidissent, dehinc, ubi de singulis esset edoctus à Deo, libellos redditurum, ita ut traditi fuerant obsignatos, subscripto illis responso pro cuiusque argumento, Deo nimirum respondente quacunque de re, quis esset sciscitatus. Varias enim commentatus erat artes, quibus signa tollerentur; quæ quisque sciscitabatur ea legebat, atque ita, quæ videbantur, ad interrogata respondebat. Plurimus namquè hic inter illos erat sermo, qui tandem scire potuisset ea, quæ à quoquæ tradebantur, sanè quàm diligentissimè obfignata, signis imitatu neutiquàm facilibus, nisi reuera Deus esset quispiam, cui cuncta essent perspicua. Sed iam quibus artibus effecerit videamus. *Primam sic rationem habebat*

Antiquis etiam mos resignandi epistolas familiaris.

Quibus ar-
tibus resi-
gnantur
epistola.

bat (subdit statim Lucianus idem) eam cere
partem, quæ post signum hærebat, acu candefacta
liquefactam diducebat; tum ubi legisset, rursus
calefactam acu ceram, quæ à tergo funiculi fue-
rat, signo eodem manente, facile coagmentabat.
Porro secundus modus constat per id, quod colly-
rium vocant; id erat ex pice Berithia, bitumine,
ac lapide perspicuo trito cum cera, & masti-
che. Confectum igitur ex his omnibus collyrium
igni calefactum, inuncto prius suillo pingui, signo
applicabat, ac symboli, siue signi figuram excipie-
bat; id simul atque siccum esset factum (siccabatur
autem protinus) commodè resignabat libellos, qui-
bus perlectis, imposito ceræ denuo, perinde, atque
è lapide signum idem imprimebat ad archetypi si-
militudinem. Post hæc iam tertiam accipe-
rationem. Calce inglutem iniecta, quo vulgò co-
dicillos agglutinant, atque ex his confecta ceu
cera, mollem adhuc eam admouebat signo, sta-
timque amouebat; nam illicò siccesserat, adeò vt
cornu, vel ferro solidior redderetur. Hac ad
imprimendum signum vti consueuerat.

In resignã-
tes alienas
litteras.

Ex his igitur conijcere est, cum multipli-
ces illorum temporum obfignandi ritus, tum
callidissimi impostoris huius nefarios astus,
& dolos. Licet quidem id hominum genus
nè vtinam aliqui singulis ferè atatibus exti-
tissent, hanc ipsam turpissimam artem profi-
tentes, ex quibus, & nostrum pleriquè, qui
siue alienorū consiliorū cupiditate flagrent,
siue etiam, vt faciliori negotio excogitatas
infi-

insidias tendant, alienas epistolas interciperere, ac referare didicissent.

Sanè ob eam causam, & veteres ipsi cùm sigillorum custodiam haud omnino tutam intelligerent, proprijs iam sumptibus sæpius edocti, alia, quibus sapienter commentis huiusmodi quoquo modo occurrerent, stratagemata inuenire, coacti sunt. Hinc per notas scriptitare, & ensium vaginis arcana credere ceptum est, cuius alij nouitij Principem Tironem Ciceronis libertum, asserunt, licet

Quis primus furtiua scripta excogitauerit.

Plutarchus Ciceroni ipsi, Dio Meccœnati, Seneca seruis quibusdam tribuat. Sic apud Herodorum Terpsicore lib. 3. & Polyen, stratagem. lib. primo legimus virum quendam, cui Histiei nomen erat, apud Darium Persarum Regem degentem, cùm Aristagoræ amico suo furtiuo scripto indicare vellet, vt à Rege deficeret, neque satis sigillis fideret, nec id alia ratione efficere posset, vt pote, itineribus custoditis, fidelissimo è seruis, ægros iam diu oculos habenti, caput tamquàm mendendi gratia erasisse, literasque imprefisse, quibus quod vellet Aristagoræ significabat, & hominem retinens, quoad capilli renascerentur, vbi illi renati sunt, raptissimè seruum Miletum ad amicum dimisit, nihil aliud mādans, nisi vt cum Miletum peruenisset, iuberet Aristagoram, eraso suo capite, inspicere. Seruus, vt imperatum erat, ad Aristagoram venit, mandatumque Domini affert, quod

Figmenta varia referuntur contra resignātes literas inuenta.

ille frustra non esse ratus, quod erat mandatum fecit. ita literæ perlatae sunt.

Aliud quoque apud eundem Herodotum Polym. lib. 7. simile figmentum legitur, quo literæ securiores transmitti solebant. Est illud huiusmodi. Cum Xerxes aduersus Græcos expeditionem facere statuisset, eo Demaratus quidam, qui Sufis erat, accepto, patria pietate ductus, Græcis suis censuit, id esse indicandum, sed cum aliter nequireret (quippe periculosum erat, ne deprehenderetur) hanc rem commentus est. Sumptis duarum tabellarum pugillaribus (quid autem pugillaria essent, abundè supra demonstrauimus) ceram illinc erasit; deinde in eorum ligno Regis consilium exaratum, rursus cera operit, nequid negotij apud viarum custodes exhiberent pugillares, qui ferrentur, qui ubi Lacedæmonem allati sunt, non poterant eos Lacedæmonij interpretari, antequàm Cleomenis filia, eademque Leonidæ vxor Gorgo illos admonuit, ipsam rem interpretata, iubens ceram effringi, fore enim, ut literas in ligno reperirent: ita ei auscultantes literas repertas legerunt, easque deinde ad Græcos dimiserunt.

Porro Lacedæmonijs iisdem latebrum hoc inuentum per familiare fuit, cum literas ad Imperatores suos darent, ne si ab hostibus interceptæ, consilia sua noscerentur. Surculi duo erant teretes oblonguli pari crassitudi-

fitudine, eiusdemque longitudinis; de rasi, atque ornati consimiliter: vnus Imperatori in bellum proficiscenti dabatur, alterum domi Magistratus cum iure, atque signo habebant. Quando vsus secretiorum literarum occurrebat, circum eum furculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat, complicabant volumine rotundo, & simplici, itaut oræ adiunctæ vndique & cohærentes lori, quod plicabatur, coirent. Literas deinde in eo loco per transuersas iuncturarum loras versibus à summo ad imum proficiscentibus, inscribebant: id lorum literis ita perscriptis, reuolutum ex furculo Imperatori commenti illius conscio mittebant; resolutio autem lori literas mutilas reddebat, membraque earum, & apices in partes diuersissimas spargebat: propterea, si id lorum in hostium manus incideret, nihil quicquam ex eo scripto coniectari quibat sed vbi ille, ad quem erat missum, acceperat, furculo compari, quem habebat, capite ad finem, proinde vt debere fieri sciebat, circumplicabat: atque ita literæ per ambitum eundem furculi coalescentes, rursus coibant integramque & incorruptam epistolam, & legi facilem præstabant.

Neque minus mittendarum literarum ratio callidior ea est, quam apud Herodot. eundem Vran. obseruauit. Expugnata Olyntho Artabazus Potideæ obsidendæ impensius

incumbebat . Hoc faciens cum Timoxeno Scioneorum Magistratu de facienda prodicione transegit , incertum quonam modo ab initio , ad extremum , ita actum est . Quoties exaratum libellum aut Timoxenus , aut Artabazus ad Timoxenum mittere volebat , eum sagittę postremo inuoluebat ; a daptatisq; desuper pennis , ad locum , de quo conuenerat , sagittam dirigebat . Sed Timoxenus , qui Potideam prodebat , doli compertus est : nam Artabazus ad conuentum locum sagittam dirigens , frustante ictu , cuiusdam Potideatę humerum fortę percussit , ad quem faucium turba , vt adsolet in bello fieri , cum conuenisset , subito , reuulsa sagitta , animaduertens libellum reperit , & ad Magistratus detulit .

*Coliuba li.
tera credi-
ta à priscis.*

Sed neque Aegyptijs Assyrijsquę defuere sua aduersus astus huiusmodi figmenta . Fuit enim ijsdem familiare , vt epistolam filo sub ala columbę (hanc enim fidsissimi nunciij symbolo decorabant) alligatam transmitterent . Aiunt enim , eam auem naturaliter diligere locum , vbi prius fuerit enutrita , & quantumcunque in longinquas partes deferatur , semper ad propria domicilia redire , si libertatis compos euadat ; hincquę non raro euenit , vt in via ab hostibus commenti eiusmodi peritis ea de causa interfecta remanserit . vt author est Barthol. Angl. de re- rum propriet. lib. 12. cap. 1.

Tu de colūbis per Hircium missis cum literis ad Brutum Mutinæ obsessum lege Frontinum libro tertio stratagem. Morthes quoque Aegyptiorum Rex cornicem nunciam habuit Aelianus lib. 6. Animal. cap. 7. sic & Cecinam hirundines victoriæ nuncias habuisse Plinius refert.

Hiscè ego inuentis illud etiam hoc vltimo loco addam, quod Hieronymus Osorius de reb. gestis Emanuelis Lusitaniæ Regis libro secundo perhibet (vberiore enim exemplorum huiusmodi copiam historiarum studiosis ex antiquitatis ærario excerpendam relinquimus) Ciuis quidam Tingitanus catellam Arziliæ in domo necessarij sui per obliuionem reliquerat. Hic autem cum Tingitanū certa de re consciū facere cuperet, catellam eius ligari, literasque cera circumlitas, quibus ea quæ vellent nuntiabat, collo illius appendi iubet, eamque sub noctem acerrimè verberatam in litore constitui. At catella dolore verberum grauiter affecta tanta celeritate domum properat, vt ante lucem ad Tingi portas assisteret, quam vt vidit Tingitanus miserabili latratu, & cauda gestientem gremio excepit, & literas, quas circa collum gestabat reperit.

Epistola catella collo alligata.

His igitur, alijsquè permultis id genus artibus audacissimorum hominum temeritati obuiam itum est, maximè verò furtiuis scriptis, quæ vulgè cifras vocant, de quibus vi-

*Quinam
de scriptio-
ne per no-
tas scripse-
runt.*

*Iusta vri-
titur Cice-
ro excusa-
tione quod
aliquas li-
teras resi-
gnarit.*

de Perrerium, Sauarum, Apollinar. Brisso-
nium Sixtum Senensem, Cuiiacium Bro-
dcum, Bernatium, Iuretum, Tholosanum,
praesertim verò Io. Baptistam à Porta, à quo
integrum conscriptum est volumen. At mi-
hi interea aduersus nefariam similibus insolentiam libet hoc loco referre, quantum etiam nonnulli superioribus aetatibus ab eo, de quo dixi turpissimo studio abhorrent, ut si quando amici epistolam iusta etiam causa quis adductus resignasset, maximas tamen adhiberet excusationes. Memini me apud Ciceronem legisse in quadam ad Attic. epistola, adeò se aliquando obtrectatorum maledictis, siue etiam suspicione commotum, ut cum literarum fasciculus in manus suas incidisset, quamuis ad se nihil scriptum esset, quandam tamen resignasse, quòd suspicaretur ijs famam suam proscindi, uti & alijs, quas sibi legendas hi dederant ad quos missæ erant. Ciceronis verba subscribam. *Ex quibus vnus, qua mente fuerit is, quem tu mihi commendas, cognosces ex ipsius literis, quas ad te, & alios misit, quas ego nunquam aperuissem, nisi res acta sic esset. Delatus est ad me fasciculus, solui, si quid esset ad me literarum nihil erat. Epistola Vatinius, & Ligurio altera iussi ad eos deferri. Illi ad me statim ardentibus dolore, scelus hominis clamantes, epistolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. Hic Ligurius furere, se enim scire summo illum in odio fuisse Casari,*

illum

illum tamen non modò fouisse, sed & tantam pecuniam illi dedisse honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto, volui scire, quid scripsisset ad cæteros, ipsi enim illi putavi perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisset: cognoui eiusdem generis literas; ad te misi, quas si putabis illi ipsi utile esse reddi, reddes, nihil me lædet. Nam quòd resignatae sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia; Quamquam propterea non magnopere culpandum Ciceronem censuerim, quem iustus dolor ad huiusmodi literarum re signationem impulerit, quasque nihilominus reddi fideliter curauerit. Contra verò Bellerophontes ille (de quo Plutar. libello de curiosit.) literas, quas in seipsum scriptas ferebat, non aperuit, sed sua vsus continentia, tam literis, quam vxore regis abstinuit.

Pari etiam ratione Athenienses captis Philippi tabellarijs epistolâ Olympiadi scriptam ferentibus, non soluerunt eam, neque patefecerunt mariti peregerè absentis vxori missam salutationem, vt idem Plutarchus tradit in libello cui titulus, Reipublicæ gerendæ præcepta.

Federicum verò Cæsarem haud mediocriter ea ipsa de causa commendarim, quòd cum Gasparis Sollichij literæ in manus suas deuenissent, quæ nonnullis Hungaris inscribentibus, essentquè qui eas aperiendas dicerent, quòd in ijs aliquid proditiõis scriptum esse putarent, quod sciri expediret, res-

pon-

Commenda-
datur Fede-
rici Cæsaris
integri-
tas.

*Ingenua
Imperatoris
vis respōsio.*

ponderit Imperator, Gasparem se probum virum, suiquē amantem existimare, quòd si falleretur, malle per se se errorem patère, quàm sua diligentia inuestigari; nequē adduci potuit, vt amici epistolam ad se non spectantem aperiret, tametsi quibusdam videretur, inde sibi periculum imminere, quod profectò plerique facturi non fuissent. Verùm hoc curiosorum præcipuum vitium est, cui remedium adhibere difficile semper habitum est. quamuis de auditore quodam suo Plutarchus lib. de curiosit. rem mirā referat. Cum enim Romæ aliquando Plutarchus differeret & Rustico cuidam audienti interueniens miles epistolam à Cæsare missam tradidisset, velletquē Plutarchus orationem intermittere, ipsiquē spacium legendi literas concedere, renuit ille, nequē ante epistolam soluit, quàm perorasset, & missa esset scholæ, omnibus viri grauitatem admirantibus.

Auro aliquando signatum, & argento.

Sed iam (quod ad capitis absolutionem attinet) quæ de plumbeis sigillis apud scriptores obseruari in hoc loco interferenda duxi. Consueuere Principes, & summi viri, vt se cæteris præstare indicarent ad diuitiarum ostentationem, relicta cera, auro argentoque signa sua imprimere, (licet id tantum à Carolo Magno ad nostrum vsque seculum locū habere affirmet Polidorus Virgilius libro octauo, cap. secundo, non autem antea) ut ex varijs diplomatis Regum ac Principum

Lotha-

Lotharingæ videre est. Mox plumbi vsui lo-
 cus datus est, quanquam, & antea Græcis
 principibus id ipsum in more fuisse conijcio.
 Hi enim, vt meminit L. I. C. Theodosiani de
 veter. diplomata, & codicillos, quibus alicui
 magistratum, dignitatem, aut priuilegium
 dabant, encausto subscripta (erat is liquor
 ex cocto murice, & trito conchylio confe-
 ctus) plumbea bulla principum vultu signa-
 ta muniebantur, nam in cera nunquam ab ijs
 signatum fuisse obseruat ex vetusto codice
 græco Guidus Pancirolus variarum lectionū.
 libro primo cap. 28. nisi cum ad uxorem,
 matrem, aut filios scriberent, quem postea
 signandi morem inde Venetiarum Duces ac-
 ceperunt, & ipsi Romani Pontifices, cum in-
 numeras diplomatum species expediri con-
 tingeret, eandem signandi consuetudinem
 secuti sunt, quòd minus ea materia temporis
 iniuriæ esset obnoxia, cuius instituti apud ip-
 sos principes extitisse Stephanum tertium
 eius nominis Pontificem natione Siculum &
 Adrianum primū anno scilicet DCCLIIII.
 circiter, author est Polydorus Virgilius lib.
 8. cap. 2. ea ductus coniectura, quòd nullum
 eo tempore plumbeum sigillum repertum
 fuerit: sicuti è contra temporibus Agatho-
 nis Pontificis in cera signatum manifestè ar-
 guit.

Sigilli verò Pontificij forma ea erat. Effi-
 sta vno latere Apostolorum Petri, & Pauli ca-
 pita

*Plūbi vsus
ad signan-
dum quo tē
pore in cæpe
ris.*

*Quid enca-
ustum.*

*Quando in
cera Princi-
pes graci si-
gnarent.*

*Romani
Pont. & Ve-
net. Duces
plumbo si-
gnant.*

*Quis primus
Pont. plum-
bo signarit.*

*Sigilli Pon-
tificij for-
ma.*

pita visebantur, in altero nomen Papæ tantum: quamquam postea ex Pauli II. decreto, ubi nomen solum præfigebatur, nunc quasi imago Papæ infulati coram populi multitudine appareat.

Cursus Paulus ad dexteram Petri in sigillo Pontificis ponatur.
 Oritur hic tamē haud futilis quæstionis materia ex eo, quòd in aliquibus summorū Pontificum sigillis dexteram Paulus teneat, sinistram Petrus, quasi verò Apostolorum principi Paulus præferatur, ac proinde potiorem in sedendo locum obtineat. D. Thomas hanc de eo rationem reddit in illud Apostoli ad Galatas cap. primo qui suscitavit eum à mortuis, *quia præsens*, inquit, *vita significatur per sinistram, futura verò per dexteram, in quantum ista cælestis est, & spiritualis, illa verò temporalis: ideo Petrus, qui vocatus à Christo fuit adhuc in carne mortali posito, ponitur in bulla Papæ in sinistra parte; Paulus verò, quia vocatus à Christo iam glorificato ponitur in dextera parte.*

Sinistrum olim Latus dextero nobilius.
 Ego verò cum hanc ordinis sedendi indignitatem mecum sæpius repeterem, subijci mihi quædam suspicio, alium fuisse apud antiquos sedendi ordinem, quàm qui sit nostris temporibus, ut videlicet qui federet ad sinistram esset potior eo, qui federet ad dexteram: id quod postea multis argumentis fuit mihi exploratum, atq; compertum. Sed quia in eam cogitationem inciderim, paucis mihi enarrandum est. Principio autem animadverti eos, qui potentiores affectaban-

tur, siue armati, siue inermes, tum satelli-
tes, tum stipatores, tum laterones, siue
latrones fuisse dictos; eosdemq; apud aucto-
res dici, aut, *tegere latus*, aut, *cingere latus*.
Horat. ferm. secundo.

*Quid tege-
re, aut clau-
dere latus.*

Vt ne tegam spurco Dama latus.

Iuuenalis satyra. 10.

*Diuitis hic serui claudit latus ingenuorum
filius.*

Ouid. 4. de Ponto.

*Dumq; latus sancti cingit tibi turba Sena-
tus.*

Latus quoque inteetum, siue nudum di-
cebatur illius, quem nemo comitaretur.

*Latus inte-
ctum & nus-
dum quod.*

D. Ambrosius in sermone de obitu fratris sa-
tyri. *Quod si aliquando sine altero prodeun-
dum fuit, inteetum latus putares.* Seneca lib.

3. epistolarum. *Nudum erit latus incomita-
ta latitia.* Is praeterea qui alium comitaba-
tur dictus erat *ire exterior*, cui verò praesta-
retur comitatus *ire interior*. Horat. vbi su-
pra.

*Quid ire ex-
terior & in-
terior.*

Ne tamen illi

*Tu comes exterior si postulet ire recu-
ses.*

& subdit verba quæ supra retulimus

Vt ne tegam spurco Dama latus.

Ouid. lib. 5. fast.

*Et medius iuuenum non indignantibus
ipsis*

Ibat, & interior si comes vnus erat.

De sene loquitur, cui debetur honos à iuuenibus.

Exterior is dictus qui ad dexteram & interior qui ad sinistra affet.

Atqui restat probandum, anteriorem illum dici apud scriptores veteres, qui sit ad dexteram alicuius, & interioré, qui ad finitram. Seruius Grammaticus explicans illud Virgilij V. Aeneid.

Radit iter laeuum interior
 exponit pro *sinisterior*, citatq; Ciceronem dicentem *in quem omnia intus*, & Salust. in secundo hist. *Introrsus prima Asia Bythinia est*, vbi Cicero *intus*, & Salustius *introrsus pro sinisterorsus* acceperunt. Horat. quoq; in secundo serm. *Intiore diem gyro trahit, ire neceffe est*. vbi *intiore* pro *sinisteriore* ponitur, quòd meridies mundi pars sinistra est, quemadmodum septentrio dextera. Lucan. in 3. Pharsal.

Intior pro sinisterior

Ignotum vobis Arabes veniflis in orbem

Vmbra mirati nemorum non ire sinistra

idest meridionales etiam in ætate. Colligamus igitur ex his, quæ diximus, eum qui sit alterius comes *claudere*, aut *cingere*, aut *tegere latus*, atq; *eidem ire anteriorem*, hoc est ad dexteram illius. Cuius verò latus clauditur, cingitur, tegitur *ire interiorém*, hoc est ad finitram, qui locus erat dignitate præstantior, ac propterea Paulum in sigillis Pontificum Petro dexterum animaduertimus, quòd Apostolorum Principi comes, & stipator datus fuit, hocq; clarè indicat gladius ille,

Paulus comes, & stipator Petri.

ille, quem Paulus habet strictum. Sed placet sententiam hanc nostram alijs etiam exemplis firmare; præcipuè autem ex forma ipsa confessus Patrum Chalcedonensis Concilij quod tom. pri. Conciliorum extat in prima actione; leguntur autem hæc ibi. *Residentibus magnificentissimis, & Gloriosissimis Iudicibus, & amplissimo Senatu in medio ante cancellos Sanctissimi Altaris, & in læua quidem parte sedentibus Sanctissimis, & Reuerendissimis Episcopis, & Vicarijs Deo amicissimis Sanctissimi, & Reuerendissimi Leonis Antistitis vrbis Romæ, & Anatolio Religiosissimo Archiepiscopo Constantinopolitanæ Regiæ Ciuitatis &c. ex dextera verò parte similiter consistentibus Dioscuro Religiosissimo Episcopo Alexandrino, & Iuuenale Episcopo Hierosolymorum &c.* Ex quo sedendi ordine, quis non intelligat, læuam partem tunc dextera digniorem habitam fuisse? cum enim Dioscorus Episcopus Alexandrinus hæresis insimulatus, cuius causa in Synodo discutienda erat, primo dexterae partis confederit loco legati verò Apostolicæ sedis primo læuæ, certè manifestè conuincitur sanctiorem sinistram partem dextera existimatam, eo fortasse consilio (vt optimè ratiocinatur Illustrissimus eruditissimusq; Cardinalis Baronius tom. 3. annal.) quod in Ecclesia Christi ex benedictione illa Patriarchali in Ephraim, & Manassen, de qua Genesis 48. mutatae sint rerum vices, & ordo, vt quæ sinistra

nistra esset in dexteram, & dextera in finistram, dignitatis, & benedictionis ordine mutaretur. Sed quoniam nimium fortasse in his immorati sumus ad capitis absolutionem procedamus. Et ne quid amplius pro viribus nostris in eo desideretur circa Pontificiarum consignationum materiam; utquè in eo Iureconsultis nostris morem geram, adiunxerim quoquè quod ab iisdem in re præsentem obseruari intelligo: ut

Cera rubea quando adhibeatur.

Cera viridis.

Funiculus canabaceus.

Anulus piscatoris quare sic dicitur.

scilicet in Breuis Apostolici expeditione rubea cera adhibeatur ad differentiam alterius gratiæ, quæ cera viridi obsignatur. Ita Rebus. in praxitit. de Breui Apostolico, & alijs, vbi pariter sigillum huiusmodi piscatorium anulum ex eo appellari putat, quòd D. Petrus eo primum usus fuerit. Morisque præterea esse, ut ex omni gratiæ rescripto ferriceus funiculus pendeat, contra verò in quibusuis iustitiæ, & executorijs literis canabaceus apponatur cap. licet de crim. falsi, & scribit Felinus in cap. postulanti col. 3. de rescript.

Atquè hæc de veteri epistolarum consignatione alijsque ad eam quoquo modo spectantibus dicta sint.

Tabulæ contractuum omnes olim obsignatæ, & quò modo. ante obsignationem hæredibus ostensæ. Testes septem adhibiti, nobiles, amici, noti, rogatiq; Signatores dicti, classici, & alligati mane, ac in templis signari solitum. Sponsaliorum veterum formula. Testamentorum genera apud Rom. prima, & vltima. cetera. subscriptio nis ratio. tabulæ ubi asseruatæ; & resignationis ritus. Cap. X.

Ræter literas, de quibus hæcenus dictum est; tabulas quoquè, siue scripta omnia, quæ commercij rationem haberent, & testamenta signari consueuisse, vel vnus Plautus Curculio act. secundo sc. vltima, idoneus author est.

Tabulæ & scripturæ omnes signari solent.

Atque ei mandauit, qui anulo meo

Tabulas obsignatas attulisset. —

& intra.

Eamus nunc intrò, vt tabellas consignemus.

Cicero in Verrem libro primo actione secunda: alij nummos numerabant, alij tabulas obsignabant. & Cæsar de bello Gallico libro primo vulgò totis castris testamenta obsignabantur, vt clarius infra patebit. Eius verò consignationis formulam Iul. Paul. sent. lib. 5. tit. 25. ad L. Cornel. testam. perspicuè declarat his verbis. Amplissimus ordo decreuit, eas tabulas, quæ publici, vel priuati contractus scripturam

continent, adhibitis testibus, ita signari, vt in summa marginis ad mediam partem perforata triplici lino constringantur, atq; impositum supra linum ceræ signa imprimantur, vt exteriores scripturæ fidem interiori seruent, aliter tabula prolata nihil momenti habent.

Auctor huius formæ Senatus sub Nerone.

Porro formæ huius auctor fuit Senatus Romanus sub Nerone Imperatore, vt Suetonius in vita eiusdem cap. 17. ostendit, cum ait. Aduersus falsarios tunc primum repertum, ne tabulæ nisi pertusæ, ac ter lino per foramina traiecto, obsignarentur.

Testamēta antequam obsignarentur hæredibus ostendi solita.

Ceterum ante ipsam tabularum consignationem (vt ab eo ordiamur) qui è Romanis testamenta faciebant, ea, priusquam à testibus sigillis munirentur, his quos vel legato vel hæreditatis parte prosequerentur, plerumque ostendebant, vt obsignatas postea reponerent in fanum aliquod, vt infra dicemus; nec nisi ipsis mortuis resignarentur. Quibus autem ostendebantur, inspicere abnuebant, & recusabant, ne hæredipetæ, & captatores viderentur. Indicauit hunc morem Horatius Satyra V. vbi Tiresiam docens, qua ratione rem augere possit, inter alia monet, obliquo oculo primæ ceræ secundum versum saltem percurrat, ne illudatur vana spe.

———— Captes astutus vbique.

Testamenta senū: neu si uaser unus, & alter.
Insidiatorem præroso fugerit hamo

Auc

Aut spem deponas, aut artem illusio omit-
tas.

& infra.

Qui testamentum tradet tibi cumque legen-
dum:

Abnuere, & tabulas à te remouere me-
mento:

Sic tamen, ut limis rapias, quid prima se-
cundo

Cera velit versu. solus, multisne coheres,
Veloci percurre oculo: plerumque reco-

Etus

Scriba ex quinqueniro coruum deludet hian-
tem:

Captatorq; dabit risus Nasica Corano.

Nam qui testantur, & vtrò inspectandas *Captores.*
offerunt tabulas, cum putent negaturum, re-
cusaturumq; inspicere verecundè captato-
rem, cui simulant, se aliquid reliquisse, vana
spe lactant, nihilque interdum relinquunt.
Quod item deprehensum in Nasica est, cui,
ut Plutarchus refert, impudenter captanti ta-
bulas testamenti sui Coranus gener ostendit,
legereq; sæpius renuentem tandem
coegit: qui intellexit, nil sibi legatum, sed
frustra sibi euenisse captatorias artes.

Ad signandum autem Iureconsultos ali-
quando vocatos fuisse, indicio est, quod Ci-
cero lib. pri. de orat. ait. *Cum obsignes tabel-*
las clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum,
quo ille capiatur. Et Tertullianus in libro de

Testes I. C.
vocati ad
signandum

Nobiles.

Idolatria: signata signis non iam aduocatorum, sed Angelorum. Idque inter recepta Romae officia numerabatur, adeo, ut nobilium tantum virorum præcipuum esset. Cicero pro Quintio. *Tabula signis hominum nobilium consignatur.* Et Seneca lib. 3. de beneficijs cap. 15. *In quid isti viri ornati adhibiti sunt.*

Obsignatio
species vadi-
monij.

Quibus Ciceronis verbis adducor, ut credam fuisse etiam consignationem speciem quandam vadimonij, quod tota ferè oratio indicare videtur: & Fabius libro decimotertio capitulo octauo: *Promittit enim, inquit, litigator omnia, ressem, populam, paratissimas consignationes.* Omnium autem apertissimè ostendit Seneca libro primo epistola octaua, cum ait, *non videor tibi plus prodesse, quam cum ad vadimonium aduocatus descenderem, & tabulis anulum meum imprimerem.*

Nobiles igitur ad obsignandum sæpe adhibitos, cum ijs quæ diximus; tum Ciceronis quoque epistola ad Atticum vigesima quinta libri decimi tertij compertum fit, ubi Brutum sui testamenti obsignatorem cupere ostendit. *Nec enim ad tabulam eum desideraturus eram, in tali enim negotio cur tu vnus non satis es? Sed ad testamentum volebam.* Idque ideò veteres faciebant, ut quod anulis clarorum virorum signatum esset ratum magis haberetur. Sic enim & Anci Carseolani testamentum à Pompeo Magno signatum fuisse scribit Valerius Maximus libro septimo,

Et

Et eos quidē amicos, notosq; fuisse conie-
ctura ex Quintiliano lib. vlt. c. 7. facile asse-
quor, denique, inquit, *linum ruptum, aut turba-
ta cera, aut sine agnitore signa inuenies*. Aper-
tius tamen Cicero epistola 19. lib. 12. ad At-
ticum. Et Plinius epistola 9. libro primo ubi
ait: *ille me ad signandum testamertum ille in aduo-
cationem, ille in consilium rogauit*. Et epistola
vltima libri secundi.

*Amici no-
tique.*

*Aurelia ornata femina signatura testamentum
sumpserat pulcherrimas tunicas. Regulus cum
venisset ad signandum, rogo, inquit, has mihi le-
ges.*

Sed placet hic totum Ciceronis locum ci-
tatum subijcere, tum quòd instituto huius ca-
pitis non paruum lumen sit allaturus ob eru-
ditionē, qua maximè refertus est, tum etiam
quòd non ità facilem censuerim, vt non ali-
qua indigeat explicacione.

Respondet igitur Cicero Attico libro 12.
Epistola mihi decima nona hoc modo. *Quod
scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti
loqui: primum tibi persuade, me isthac non curare;
neq; esse quidquam aut parua cura, aut noua loci
Sed tamen quid simile? Illa eos non adbibuit, quos
existimauit quasituros nisi scissent quid esset. Num
id etiam mihi periculi fuit? Sed tamen faciat illa,
quod ego; dabo meum testamentum legendum cui
vouerit: intelliget non potuisse honorificentius à
me fieri de Nepote, quam fecerim. Nam quod
non aduocauit ad obsignandum: primum mihi non*

*Ciceronis
locus expli-
catus.*

venit in mentem; deinde ea re non venit, quia nihil attinuit tute scis (si modò meministi) me tibi tum dixisse, ut de tuis aliquos adduceres. Quid enim opus erat multis? Equidem domesticos iusseram. Tum tibi placuit, ut mitterem ad Silium. inde est natum, ut ad Publium. Sed necesse neutrum fuit. Hoc tu tractabis, ut tibi videbitur. Sunt qui, dum locum hunc explicant, putent primum, Ciceronis sensum in illis verbis nequè esse quidquam aut parvæ curæ, aut novæ loci, hunc fuisse, quasi testamenti condendi curâ nullius ponderis, & rem inutilem existimaret, respectu molestiarum, quibus premebatur. Deinde conquestam Terentiam de Cicerone interpretantur, quòd eam ad testamentum obfignandum, non aduocauerit; quorum (ut ingenuè fatear) sententia mihi minimè arridet. Non enim auferim adeò leuem Ciceronem existimare, ut rem tanti momenti, qualis est testamenti ordinatio, nihili faceret: cum alioquì ipsemet libro primo Tusculanarum quæstionum eam maximè extollat; postquam enim maximum esse argumentum dixit, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare, quòd omnibus curæ sunt, & præcipuè quidem quæ post mortem futura sunt: addit. *Quid procreatio liberorū, quid propagatio nominis, quid adoptiones filiorum, quid testamentorum diligentia, quid ipsa sepulchrorum monumenta significant, nisi nos futura etiam cogitare?* & idem libro tertio
de

de Finibus: *Ex hac animorum affectione testamenta, comendatione squè morientium nata sunt.* His igitur positis dixerim, Ciceronem ibi non ad testamenti curam, sed ad vxoris nugas respexisse.

Neque etiam (quòd ad secundam sententiam attinet) Terentiæ querelam inde ortam fuisse dicendum est, quòd à Cicerone ad testamentum ipsum obsignandum aduocata non fuerit, quippe cum certum sit legibus cautum fuisse, ne fœminæ aut etiam affines testamenta signarent, quod ex Vlpiano tit. 20. de testam. & Iustiniano eod. manifestum est, & nullus negabit. Illud addo, nusquam me legisse apud aliquem, adhibitas ad id officij mulieres. Verius existimarim idcirco conquestam fuisse Terentiam, & quòd de testamento faciendo secum Cicero non communicauerit, imò clam, ac propterea se non præsentem confecerit, vel vt Simoni Bosio placet, honoris ergo ipsam non vocauerit.

Verùm elucidato iam Ciceronis sensu, libet ex eo (quod magis ad rem nostram facit) aliqua elicere circa testamentorum obsignationem. Et primò quidem colligo, non fuisse necesse testibus aperire, quid testamento contineretur, quos aliquando ignorasse ea, quæ testatores scripserant Plinij epistola vltima lib. secundo indicat: & Vlpianus in L. Si binæ ff. de iniusto rup. Tabulas quæ septem testium signis signatæ erant vacuas in-

*Non necesse
aperire testi-
bus, quid
tabulis con-
tineretur.*

Testatori li-
citum pro-
prias tabu-
las signa-
re.
Fœminis iu-
re veteri nõ
veritum te-
stari.

Testes hu-
i smodi
quomodo
dicti.

Seneca que
rela in infi-
des.

uentas narrat. Deinde intelligo, licuisse
(sicuti & hodie) testatori ipsi tabulas suas
resignare, per L. Si testamentum ff. qui te-
stam. face. poss. Noui præterea ex eodem
Cic. loco: fœminis iure veteri testandi facultatem denegatam non fuisse, quod ipsum ex
eodem ad Atticum lib. 2. epist. 16. cum non
nullis sequentibus apertè deducitur, & ex
oratione pro Aulo Cecinna vbi de testamen-
to Cesennix vxoris Cecinnæ latè differit.
Facit demum locus ad indicandum (quæ
mens nostra erat) ad testamenta obsignan-
da adhibitos olim fuisse amicos, & dome-
sticos. Sed iam vlteriùs progredi iuuat. Qui
igitur tabulis, aut causis signacula impone-
bant, hos Pedianus Signatores & obsignatores
nominat. Seneca libro secundo de benefi-
cij cap. vigesimotertio. *Quidam nolunt in-
terponi pararios, nec signatores aduocari.* & Iu-
uenal. Sat. 10.

———— Veniet cum signatoribus auspex.

Eius verò consuetudinis Seneca citato li-
bro, & capite plenum testimonium dat vbi
humanam auiditatem ad querelas & discor-
diam incitamentum esse, fidemquè funditè
concidisse dolens eum ipsam signandarum
tabularum morem his verbis improbat, quæ
ad dicendorum obseruationem inferuire et-
iam poterunt. *Vtinam quidem persuadere posse-
mus, vt pecunias creditas tantùm à volentibus ac-
ciperent. Vtinam nulla stipulatio emptorem ven-
ditori*

ditiori obligaret, nec pacta, conuentaque impressis
 signis custodirentur fides potius illa seruaret, &
 æquum colens animus. Sed necessaria optimis præ
 tulerunt, & cogere fidem, quam spectare malunt.
 Adhibentur ab utraque parte testes. Ille per tabu-
 las plurimum nomina, interpositis pararijs (ad
 proxenetas respiciens) facit. Ille non est in-
 terrogatione contentus, nisi rem manu sua tenuit.
 Oturpem humano generi fraudis, ac nequitie pu-
 blicæ confessionem: anulis nostris plusquam animis
 creditur. In quid isti viri ornati (hoc est classi-
 ci, ut infra dicam) adhibiti sunt? in quid impri-
 munt signa? nempe ne ille neget accepisse se, quod
 accepit.

Anulis pl^u
 quam ani-
 mis credi-
 dolet Sene-
 ca.

Licet autem & ignobiles interdum ad id
 officij adhibitos esse Suet. in Tib. cap. ultimo
 videatur indicare, cum ait ipsum humillimo-
 rum signis testamentum suum obsignasse. Moris
 tamen fuit ut ciues nimia paupertate laborā-
 tes animaduersione censoria classibus exem-
 pti capite censerentur, & in proletariorum
 numerum referrentur. Siquidem Suetonius
 ipse auctor est, D. Claudium censuram ge-
 rentem, cum plures notare conaretur, ma-
 gna Inquisitorum negligentia innoxios repe-
 risse, quibuscunque cælibatum aut orbitatem,
 aut egestatem obijceret, eaq; ratio est, cur
 testes huiusmodi, qui signandis testamen-
 tis adhibebantur *classicos* appellauerit. Fe-
 stus, ad quinque classes, in quas pro census
 qualitate populus Romanus distribuebatur,

Pauperes
 an signare
 possent.

Testes clas-
 sici & alli-
 gati qui.

omnino respiciens, simulquè proletarios indicans, ac capite censo, quia classici non erant, signandis testamentis adhiberi non potuisse ob nimiam paupertatem, quæ cum falsi ingentem materiam præbeat, semper Romanis suspecta fuit, quemadmodum de C. Mario scribit Valerius Maximus, libro secundo. Proletarij igitur & capite censi classici non erant, id, quod ab Arnobio traditur lib. 2. aduersus gentes. *Definite*, inquit, *hominem proletarius cum sit, classibus, & capite cum censeatur, adscribere ordinibus primis*. Sensus enim est: *definite hominem adscribere primis ordinibus, qui classium respectu, sub quibus nimia paupertate nequit censerì, nomen habet, & titulum proletarij*. Illud etiã obseruari solet, classicis hiscè testibus, simul atquè testimonium suscepissent, liberum non fuisse, aut dissimulare, aut se subtrahere, indequè & *alligatos* appellauit Isidorus Ethymol. libro quinto: si quæ verò dissimulassent, aut sese subtraxissent, lege XII. tabularum sic puniebantur, vt essent improbi, & intestabiles, & per hoc classibus suis exempti in Ceritum tabulas referrentur, & ærarij fierent. Porrò quem Decem viri, & Iurisconsulti *intestabilem* vocant, is à Plauto in *Pœnulo nefastus* his versibus appellatur.

————— *Adsunt testes. M. Tot quidem,
Non potuisti adducere homines magis ad
hanc rem idoneos,*

Nam

Nam istorum nullus nefastus est, comitales sunt meri

Sensus enim est, his testibus non esse nefas testimonium perhibere, & sic nec improbos, nec intestabiles eos esse; quandoquidem in comitijs ledulam quotidie testificando operam dent.

Cum verò interdum à nobilibus promiscuè cum humilioris conditionis viris tabulas signari, contigisset: prius nobiles signabāt, mox & alij gradatim, id quod Iuuenalis inquit satyra tertia, ubi necessarij sui Vmbrij querelā describit, qui quòd nullum in Vrbe locum bonis viris esse videat, sed tantum exteris, & peregrinis, maximequè Græcis fernilibus assentatoribus, ob morum prauitatem Roma Cumas discodere pararet: ait enim

Nobiles prius signabant.

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille

Signabit, fultusque toro melleo recumbet
Aduectus Romam, quo pruna & cottona vento?

Ac diceret, non patiar, eum me priorem tabulas obsignare, qui Romam venit non honesto aliquo negotio, aut nauigio; sed vt rerum vilium mercator, ea naue qua pruna, & coctona aduecta sunt.

Hi autem septem erant, quos proprijs singulos anulis signare oportebat L. hac consultiſſima C. de testam. Quò alludens Apuleius

ius libro secundo de Afino aureo; introductis, inquit, quibusdam septem testibus, obtestata fide[m] presentium; singula demonstrat anxie, verba concepta de industria quodam tabulis praeuocant. Ecce, inquit, natus integer, saluae aures, illibatae labia; mentum solidum. Nos in hanc rem, boni Quirites testimonium perhibetote. & Cicero epist. secunda libro 7. ad Att. eius testamentum de Tortorio, Ciceronum signis obsignatum; cohortisque praetoria; & Quintilianus de declamatione 368. Non dixerim ego testamentum, cui numerus signatorum deest. Cicero pro Milone. Vna sui testamentum simul obsignauit cum a Clodio & alijs; & Appian. libro primo bellorum ciu.

Aliquando
à solo testa-
tore signa-
tum.

Verum enim uero non semper signandis testamentis testes, quo dixi, numero, adhibitos, ac proinde ab vno aliquando testatore tabulas obsignatas fuisse, certissimo argumento est, quod de Sceuino Tacitus annal. 15. cap. 54. tradit, qui pridie, quo Neronem occisurus fuit, ab Antonio Natale, quo cum ea de re diu collocutus fuerat, domum reuersus, testamentum inquit, obsignauit, ubi nullam signatorum mentionem facit, mox promptum vagina pugionem, vetustate obtusum, in crepans asperari saxo, & mucrone ardescere iussit, ea cura Milichio seruo demandata.

Ex quo loco illud etiam colligi potest, solitos veteres, vita, aut fortunatum discrimi-

ne impendente (hodie etiam vſitatiffimum) *Imminente*
 testamenta in procinctu facere, quibus fami- *periculo te-*
 liæ & hæredum commodis cauèrent; quod *ſtamenta*
 præter citatum locum, ex eiufdem etiam Sce- *faciebant.*
 uini defenſione fatiſ liquet. Is enim coniu-
 ratione detecta, ad Neronem per milites
 raptus, & defenſionem orſus. Ferram, cu-
 ius arugueretur, olim patria religione cultū,
 & in cubiculo habitum, ac liberti fraude ſub-
 reptum, reſpondit. *Tabulas teſtamenti ſepius*
à ſe, & incuſtodita dierum obſeruatione ſignatas.

Colligo ex diſcis, non cuiquæ teſtamento
 ſeptenarium teſtium numerum neceſſariò re-
 quiſitum fuiſſe, ſed tantum in his, quæ pacis
 tempore conficiebantur. Triplex namquæ
 teſtamentorum genus Romanis fuit, quod
 ex Iuſtiniano colligitur; aut enim in pace
 fiebat, quod *Calatis comitijs* dicebatur; & *Teſtamen-*
 huius generis tabulæ, quæ dixi, ſolennita- *tum anti-*
 tes poſtulabant, aut cum in prælium eſſent *quis quoti-*
 exituri, vel aliud periculum immineret, *plex.*
 quod *procinctum* vocabatur, tuncquæ ſola teſ-
 tantis obſignatio ſufficiens erat: Velleius
 Paterculus lib. 2. *facientibusque omnibus in pro-*
cinctu teſtamenta, veluti ad certam mortem eun-
dum foret: aut per æs & libram, id eſt eman-
 cipationem, nimirum imaginariam vendi-
 tionem, quæ fiebat, præſentibus quinquæ teſ-
 tibus, libripende, & eo qui familiæ emptor,
 dicebatur.

- Aliàs etiam (redeo ad ſolennitates ta-
 bularum

Suo, vel
alieno anu-
lo signabāt

bularum calatis comitijs.) suo, vel alieno anulo, qui characterem haberet, signabant. L. ad testium §. 1. quis ex testibus ff. qui testam. face. poss. Vlpia. lib. 28. ff. tit. primo, Senec. libro primo epist. 8. non videor tibi plus prodesse quam cum ad radimonium aduocatus descenderem, aut tabulis testamenti anulum meum imprimerem. & Iacob. Cuiac. in tit. ff. de liberis & postu. signare inquit, oportet more ceterum Romanorum anulo tantum signatorio sculpturam, vel imaginem aliquam habente.

Vno tantum
anulo om-
nes signare
poterant.

Addit tamen Iustinianus instit. de testam. potuisse omnes testes vno tantum anulo tabulas signare, aut septem etiam vna alioqui, eademque sculptura, siue character. Verum signacula huiusmodi tabulis ipsis imprimi necesse non erat, sed lino ceræ superposito, quo tabulæ constringerentur, satis erat. d. L. ad testium §. vlt. Vlpianus de testam. Signatas tabulas accipi oportet, & si tabulæ linteo, quo inuolutæ sunt, signa impressa fuerint. Et Paulus Coluius hic.

Quid pri-
ma & vlti-
ma cera.

Et quoniam fortè in ceræ mentionem incidimus, placet & illud adnotare quid per primas, & vltimas ceras accipi solitum fuerit. Vltimæ igitur ceræ generatim eæ erant, quæ vltimam, & extremam testatoris voluntatem continebant, siue etiam testamentum ipsum vltimum, sicuti & primæ priorem voluntatem testatam faciebant. Aliter verò extremæ seu imæ ceræ sensus erat alterum ca-

put seu vltima testamenti tabula , qua secundum hæredes nominabantur , legatq; , & alia onera primis hæredibus imponebantur. Exstat de eo illustre Martial. testimonium lib. 4. Epigram. vlt.

*Nihil Ammiano præter aridam vestem
Moriens reliquit vltimis pater ceris*

& Plauti Curcul. vbi *Novi adepol nomen*

Nam mihi isthoc nomine dum scribo expleui totas ceras quatuor . & Cic. in Ver. 3. & ad eum locum Ascon. Hotom. cum Torrentio . Licet , aliud sit , opinor , quod apud Suet. legimus , in ima cera scribere locus est in vita Cæsaris . Nouissimo testamento tres instituit hæredes sororum nepotes C. Octauium ex dodrante , & L. Pinarium & c. Pedium ex dodrante ; reliquos in ima cera . Nam in ima cera scribere dici puto , cum non leuiter presso , vt vestigia appareant , sed fortiùs impresso stylo , vt vix deleri possit , scribitur : quod intelligi , existimo ex his verbis Hieronymi , quæ subijciam ex epist. ad Chrysogonum . *Ita nostræ es necessitudinis penitus oblitus , vt illam epistolam , quam in corde Christianorum scriptam Apostolus refert , non parua litura , sed imis , vt aiunt , ceris eraseris* . Alios igitur hæredes in ima cera Cæsar scripserat , ne facillè delerentur . An potius ima , infima significat ? vt apud Iustinian. lib. instit. 2. c. de pupil. substit. vbi de superiore , & inferiore testamenti tabularum parte meminit , cum testatori Imperator suadet , si veretur ,

Pluribus ta-
bulis testa-
mentū con-
stabat.

Verba ad-
hibita.

retur, vt substitutus instituto infidietur; sub-
stitutionem in inferiori tabularum parte scri-
bat, eamque complicatam, ne legi possit,
suo lino, ceraque consignet. Ex quibus col-
ligitur pluribus testamentum tabulis consti-
tisse, id quod etiam ex Ciceronis epistola
nona ad Q. Fratrem perspicuum fit, dum ait
Felicem lapsam per errorem suum, & Sicura
ferui, alias pro alijs testamenti tabulas ob-
signasse. Præbet autem mihi locus iste con-
iecturam solitum testatorem ipsum tabulas
signare: quæ etiam si per errorem obsignata
forent, rata tamen essent, vt ibi videtur Ci-
cero indicare, & Manutius recte obser-
uat. Quod autem aliquando vno Codice se-
ptem testium signis signato testamentum duos
homines conscripisse legamus; coniugibus
id tantum à Valentiniano datum didici ex
Nouel. prima de testam. eiusque testamenti
formula in Marculphi Monachi libro quodam,
quem Brissonius citat, de formulis publico-
rum, priuatorumque negotiorum, describi-
tur, quo se vir, & vxor in vna eademque char-
ta mutuo hæredes scribunt. Verum (vt vn-
de digressa est, eò mea redeat oratio) in hu-
iusmodi tabularum consignatione verbum
quoddam solenne solitum adhiberi adnota-
uit Brisson. de form. lib. 6. *SIGNA*, nimi-
rum, si vnus esset, *SIGNATE* si plures,
aut *SIGNENT LICET*. sic enim &
apud Ouid. lib. 3. de Ponto eleg. 11. legi-
mus.

Sint

Sint hi contenti venia, signentque licebit

Purgari factum me quoque teste suum.

& infra. TESTERE LICET SIGNATE QVIRITES.

Rogati autem signabant, quo tabulæ legitima haberentur, quæ alias nullæ, vt ex allatis Ouidij, & Brissonij locis videre est, & ex Martiali libro 5. Epigramma 40. vbi.

Rogati testes signabant, vt & hodie.

Supremas tibi tricies in anno

Signanti tabulas, Carine, misi

Hyblæis madidas thymis placentas,

Defeci: miserere iam, Carine

Signa rarius —————

Et libro 9. Epigram. 89.

Signa; cras melius &c.

Quod & hodierni tabularij, siue notarios appellemus, optimè norunt, ea formula expressa in conficiendis tabulis vtentes, *Testes vocati, & rogati*. Neque hic omittam ludicrum licet Grunij Corocottæ testamentum, quod vetustatem non modo ipso contextu, modoque loquendi præferebat; verùm etiam Diui Hieronymi locupletis, & idonei testis auctoritate antiquitatem suam probat. Sic enim ille epistola ad Eustochium virginem, in proemio scilicet commentariorum in Isaiam. *Testamentum autem Grunij Corocottæ, Porcelli decantant in scholis puerorum agmina cachtinantium*. Extat id apud Brissonium libro septimo de formulis, & inter Iani Guteri inscriptiones, in quo recensendo, ne prolixi

Grunij testamentum.

nimis firmus, ea tantum breuiter attingam, quæ ad finem in rem nostram habentur. *Optim. amatores mei, vel consules vitæ, rogo vos, vt corpori meo benefaciatis, bene condiatis bonis condimentis, nuclei, piperis, & mellis, vt nomen meum in sempiternum nominetur. Mei Domini, & consobrini mei, qui huic meo testamento interfuistis, iubete signari. septē testes Lucanicus signauit. Ter gillus signauit. Nuptialicus signauit. Celsanus signauit. Lardio signauit. Cymatus signauit. Offellicus signauit.*

Mane tantum signabant.

Addit Martialis matutinas tantum horas in id officij fuisse insumptas lib. 10. Epigrā. 70

Nunc ad luciferam signat mea gemma Dianam. Quod sanè institutum Sacris Canonibus conforme intelligimus ex cap. placuit de testi. & c. Honestum 22. q. 5. quibus cauetur, eum, qui in testem assumendus sit, ieiunum esse debere, idq; vt ibi notat Abb. quia sobrij, ac proinde fideles. Subijciam ex ijs alterum. Placuit sancto conuentui nostro, vt testes non conducantur pretio, & vt quicumque idonei, & fideles in testimonium assumantur, ac nullus testis sit, nisi ieiunus.

Sed & idem Martialis libro 9. epigra. 68. Luperci improbitatem, fraudemque coarguit, tabulas, vel testamenta, quæ subijcere vellet obuijs amicis signanda offerentis, vt tabulas vel non lectas, vel non intellectas, respondit enim Martialis *cras*, idest, cum sobrij erimus.

Signa

Signa, cras melius Luperce fiet:

Nunc signat meus anulus lagenam.

In templis præterea sæpe signatas fuisse In templis
bellas, perspicuè indicat Paulus. Sent. lib. 4. tit. signabantur.
6. & Iuuenalis satyra octaua idquè faciebant,
vt ostenderent fidem religionè maximè con-
stringi.

Quo mihi te solitum falsas signare tabellas

In templis, quæ fecit auus, statuamq; parētis

Ante triumphalem? —————

Idest, non est cur te iactes, & nobilem ven-
dites, qui in templis ipsis falsitatis crimen
perpetrare non vereris, falsas tabellas obfi-
gnando.

Maxima enim vbique semper falsariorum Nunquam
copia extitit, qui falsa testamenta compone- desuerunt
rent, falsosque testes adhiberent, qui ea suis falsarij.
gemma ac sigillis signarent illo inscio, quem
testatorem falsò prædicabant. Hi autem à Ro- Falsarij quo
manis deprehensi, & conuicti in exilium mit- modo à Ro-
tebantur. Ad quod mihi respexisse videtur manipunitis
Ouidius lib. 2. de Ponto eleg. 9. ubi queritur.
Nec mea subiecta conuicta est gemma tabella.

Inter alias autem, tabulas quoque nuptia- Tabula nup-
les, quæ dotis traditionem continerent, signa tiales signa
tas fuisse apertissimè declarat Iuuen. saty. 10. ta.
nuper citata vbi mutuam à Tacito, & Suet.
de impurissimo Messalinæ Claudij Cæsaris
vxo- ris amore historiã recēset, quæ nouo furo
re in C. Silium Romanæ iuuenturis formo-
sissimum ita exarsit, vt ei, viuo marito palam

nubere non sit verita. Profecto namq; Claudio Imperatore Hostiam, nuptiarum solennia celebravit, adhibiti qui tabulas obfirmarent, & verba auspiciu audita, qui tunc nuptijs interesse solebant, quo de more Valerius Maximus libro secundo pluribus locis. Ait igitur Poeta.

*Auspices
nuptijs ad-
biti.*

———— *Veniet cum signatoribus auspex.*

*Sponsalio-
rum forma
apud anti-
quos.*

Ea verò apud priscos spondendi nuptias ratio fuit, quam apud Plautum Aulular. expressam habemus actu primo sc. quarta, ubi Megadorus ab Euclione ita stipulatur.

*Quid nunc etiam mihi despondes filiam? Euc.
illis legibus.*

*Cum illa dote, quam tibi dixi. M. spondens er-
go? E. spondeo.*

Eodemq; modo, qui mulierem nuptum dabat, rogabatur, ut apud eundem Curcul. actu quinto Scena. secunda Phædromus à milite ita stipulatur.

Spondes mihi miles hanc uxorem?

*Cui miles respondit. Spondeo, Curculio
verò,*

Et ego hoc idem vnum spondeo.

Mox tabule nuptiales signabantur, plerumque scilicet post contractum matrimonium, ut docet Scævola in l. Seia ff. de donationibus inter vir, & vxor. Quò etiam illud Iuuenalis satyra secunda spectat.

Signatæ tabulæ dictum feliciter: ingens

Cæna sedet: gremio iacuit noua nupta mariti.

Et

Et Apuleius apolog. *Habes Aemiliane causam totam, cur tabulae nuptiales inter me, & Pudentillam non in oppido sint, sed in villa suburbana consignare.*

Neque verò obfignare solum fatis erat, sed propria cuiusq; subscriptione munire tabulas oportebat, atque aded, vt alieno quidem anulo, alienaue cera signare, subscribere non nisi propria manu possent: Vnde literarum imperiti testes esse nequibāt, nisi fortè in agris ex l. ult. C. de testam. Eius autem consignationis formulam vir doctissimus Iacobus Cuiacius ad l. pen. 1. hoc titu. his verbis subijcit. LV-

CIVS TITIVS. C. sei testamentum obfignauit, & Lud. Lana de form. testam. aliam refert ijs temporibus vsitatissimam. Ego Voluminus præfens fui confectioni tabularum, quas M. Cælius asseruit continere eius vltimam voluntatem, & quam aperiri mandauit post eius mortem in quorum fidem subscripsi, & proprio anulo sigillauit & paulo post subdit restem anulo, siue cera aliena vtentem id in subscriptione expromere debuisse, spec. in tit. de probat. §. nunc videndum vers. & non.

Quinimo apud ueteres Christianos subscriptionis terminus in testamentis, ut obseruauit eruditissimus vir Iacobus Gretferus lib. 2. de S. Cruce cap. 18. venerabilis Crucis signum erat, quod manifestè colligit ex eo casu, quem Iustinianus Imperator in Bithynia accidisse tradit. *Cum testatrix nondum absolu-*

*Subscribere
signo oportebat.*

Subscriptionis formula

Crucis signum in subscriptionibus testamentis a-

to testamento efflasset animam quidam ex testibus quæstus dulcedine fortè illecti prehensa iam defunctæ manu, & tam in transuersum, quàm re-cta linea ducta effecerunt, vt defuncta venerandæ crucis signum adscripsisse videretur. Ex qua improbitate piam consuetudinem colligimus, fuisse adeò crucis signum authêricum, vt pro fide & subscriptione staret. Quocirca meritò

*Cruce cur
signaculū
dicta.*

D. Chrysoſtomus homil. de venerat. Crucis : signaculum, inquit, crux appellata est, quod testamta, & statuta diuina omnia, quæ accepimus, hoc quasi signo quodam regio, & anulo obſignamus.

*Testamen-
torum resi-
gnatio.*

Verum vbi hæctenus de tabularum conſignatione actum est, libet pauca ad earundem etiam referationem spectantia adde-
re. Defuncto igitur testatore, resignandi potestas quidem erat: verum ita, vt coactis ſignatoribus vel maiori horum parte, & ſigillis recognitis, linum incideretur, & tabulæ recitarentur. l. cum ab initio. l. sed si maior. ff. quæ admodum testam. aper. vbi verò ſignatorum copia non eſſet, præſentibus optimæ opinionis viris, aperiebantur, quibus inspectis, deſcribendi fiebat potestas eis, quorum res eſſet. Tum deinde obſignatas ſigno publico ab iisdem quibus interuenientibus apertæ erāt, eò mitterentur, vbi ſignatores erant, ad inſpicienda ſigilla ſua l. sed si quis §. ult. Addit Paulus lib. 4. ſent. Tit. 6. Testamta in municipijs, colonijs, oppidis, præfectura, vice, caſtello, conciliabulo facta, vel in foro, vel basilica, præſentibus testi-
bus,

bus, vel honestis viris, inter horam secundam & decimam diei recitari debent, exemploque sublato, ab iisdem rursus Magistratibus obsignari, quorum presentia constat aperta. Huius aperturæ causa, testamenta resignari necesse erat. Hinc illud Horatij epist. 7. lib. 1. de Autumni intemperie, propter quã laborem forësem sæpe morbos gignere dicit, quos mors, ac deinde apertura tabularum sequebatur.

*Officiosaque sedulitas, & opella forensis
Adducit febres, & testamenta resignat.*

Et Plinius lib. 7. cap. 52. Post mortem testatoris, aperto testamento, recitatus hæres. Cæterum si testator occisus esse diceretur, Prætoris edito verabatur, testamentum eius resignari, priusquam de ea familia quæstio ex Senatusconsulto habita, suppliciumq; de noxijs sumptum esset. l. 111. §. quod ad causam. ff. de sc. Silan. Quin & partem illam testamenti, in qua pupillaris substitutio scripta erat, obsignatã permanere debuisse, quoad pupillus pubertatis annos egressus esset, prioremque dumtaxat partem testamenti, quæ hæredis institutionem continebat, referari debuisse Gaius monet lib. 2. Instit. Tit. quartò. Porrò hanc resignandi testamenti formulam expressit idẽ Iul. Paul. recept. sent. lib. 4. tit. 6. in hæc verba. *Tabulæ testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes, vel maxima pars eorum adhibeantur, qui signauerint testamentum, ut ita agnitis signis, rupto lino aperiatur, & recitetur, atque ita describendi exem-*

*Occisi testamētum
quando
apertum.*

*Pupillaris
substitutio
quando re
signata.*

pli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatū in archium redigatur, vt si quando exemplum eius interciderit, sit vnde peti possit.

Interdum etiam testamenti, vel legati locū supplebat epistola, maximè autem inter milites, cuiusmodi est, quod Papin. ait in l. miles. ff. de lega. 2. miles ad sororem epistolam, quam post mortem suam aperiri mandauit talem scripsit. Scire te volo; donare me tibi aureos octingentos.

Afferuabantur autem plerumque testamēta sic obsignata maximè. clarorū virorum, uel in Aerario, vt de Ptolomæi Regis testamento scribit Cæsar de bello ciuili libro tertio his verbis *Tabulæ testamenti vnæ per legatos eius Romam erant allatæ, vt in aerario ponerentur (eæ cū propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositæ) alteræ eodē exemplo relicte, atque obsignatæ Alexandriæ proferebantur.* quod planè indicat, solitos hæredes testamenti exemplum penes se habere, vt etiam scribit Paulus in l. secunda ff. de edem. vel etiam apud Virgines Vestales, quæ sacerdotes cæteros dignitate, & autoritate supe-

*Testamen-
ta in Ae-
rario repe-
rita.*

*Exemplum
testamenti
apud hæ-
redes.*

*Testamēta
apud Virgi-
nes Vestales*

rabant: adeo, tu Imperatores ipsi testamenta sua ipsis commendarent. Maximæ Virgini præcipue, quæ reliquis præerat. Suetonius in Iulio cap. 83. *Postulante ergo L. Pisone socero testamētum eius aperitur, recitaturque in Antonij domo, quod Idibus Septembris proximis fecerat in Lauiano suo, demandaueratq; Virgini Vestali maximæ. & in Augusto cap. 101. Testamentum L.*

Planus

Planco, C. Silio Coss. tertio Non. April. ante annū,
 & quatuor menses, quān decederet factum ab eo,
 ac duobus Codicibus partim ipsius, partim libertorū
 Polybij, & Hilarionis manu scriptum, depo-
 situmque apud sex Virgines Vestales cum tribus si-
 gnatis æquē voluminibus protulerunt. Et Plutar-
 chus Marci Antonij ꝑ. Viri testamentum
 depositum apud Vestales scribit. Atque hæc
 de tabularum obsignatione, & resignatione
 dicta sint.

*Varia ab Antiquis sigillorum custodia commen-
 data, Claves scilicet; serinia, & arca; Ianuæ;
 ædes; suppellex vniuersa; promptuaria: lage-
 næ: quid ipsa sit. cibi omnes, seruorum, rusti-
 corum, nautarum, & militum qualis cibus
 olim. armenta obsignata. serui. seruus litera-
 tus. arbores. Crucis ligna. Baptisteria. Acta
 Conciliorum. Sepulchrum Christi quo modo
 signatum, & pecuniarum depositarum obsi-
 gnatio. Cap. XI.*

Refectum iam operis nostri fastigiū
 terminabit extremum hoc caput,
 quo vno, ne quid ultra desideretur,
 reliquos veterum ritus in domesti-
 cis, alijsque quibusque rebus obsignandis tra-
 dere aggredimur. Fuit igitur quondam in
 more positum, vt quæ modo clauibus à rapi-
 na vindicamus, ea tunc anulis, siue sigillis,
 quorum frequentissimus erat vsus, diligen-
 tissi-

Sigilla pro
clauibus
antiquis in
usu.
Claues ip-
se singata.

Res magni
momenti
anulo si-
gnata.
Scrinia &
arca obfi-
gnari soli-
ta.

tissimè prisci obfignarent, quin etiã clauẽs
ipfas (ut ab iis ordiamur) aliquando fignatas
fuisse queritur Plin. cit. lib. & c. vbi & clauẽs
quoque ipfas fignasse non est satis. Nam licet,
quæ simpliciter tantum clauis clauderentur
obserata dicebantur, reapse tamen quæ di-
ligenti custodia tradidit anulo signatorio
fignabantur. Ac primo quidem, præter illas,
fcrinia, arca cophinosue, sigillis uniuersim
consignatos fuisse ostendit Teophrastus in
lib. de charact. cap. 18. de diffiden. ubi in in-
credulos inuehit his verbis. *En in lecto iacens*
interrogare suam ipsius uxorem, an arcam probe
clausit, an capsula rectè sit obfignata, & an pes-
sulũ aula foribus obdiderit, & Menander Poeta;
Quisquis rectibus, & sigillis seruat pretio-
sum.

Atqui ipse etiã Martial. lib. primo epi-
gram. 67.

Secreta quære carmina, & rudes curas,
Quas nouit vnus, scrinioque fignatas.
Custodit ipse virginis pater charta.

Ianua.

Ianuas præterea, seu ostia, ædesquẽ ipfas
obfignari moris fuisse non vno quidem loco
perspicuum esse potest. Hinc Aristoteles in
lib. 1. de Rep. 211 *Et domus obfignari ianuas, &*
eas aperituri, ostendentes ciuibus, & hospitibus
figna in hunc modum aperiuunt. Aristophanes.
Deinde Gynæceis figna imprimunt, & re-
etes nostra causa.

Sed & Propert. lib. 4. eleg.

Nec

*Nec mille excubiæ, nec te signata innabunt
Limina &c.*

Quod etiam sacre scripturæ testimonio comprobari potest. Nam Daniel. cap. 6. & 14. legimus tum regem ipsam ostium, quo Daniel includebatur *anulo suo obsignasse*, ne magnates eo absente aperirent, tum & magnates ipsos id ipsum fecisse, ne rex solus illud referare posset.

Potro de ædibus illud Lycophron. extat, *Ædes*
quod alibi alijs rationibus non semel attulimus.

Reliqua porro &c.

Iam verò & suppellex tota (ut ad id quod maioris est momenti veniã) siue quæ vulgus domestica utensilia appellat, ne quid eorum negligentia, aut furto deperiret sigillis consignata fuisse (præterquã quod capitulo septimo satis probatum est, vbi de sigillis ligneis à vermibus exesis egimus) testis etiam est Tacitus annal. lib. secundo cap. 2. qui Græcos Comites à cæteris irrifos esse scribit, quòd vilissima utensilium *anulo clausa* asseruarent, ut ea à seruorum rapina vindicarent. Quod Barbari indignum Rege existimabant, vt ait Aemil. Ferretus ad hunc locum, vel, vt ego sentio, cùm Barbari ex gentium vetusto more conditas arca vestes, vt alibi diximus, ac vasa nodo, non anulo colligarent, vt est apud Pliniũ citato loco, ideoq; Parthi ignotam virtutem irridebant

Accedit Plauti locus in Amphitruone act. 1.
Sce. 1. de obfignata patera .

— *Vbi patera nunc est? Me. in cistula.
Amphitruonis obfignata signo est. Sos. Si-
gno dic quid est?*

Me cum quadrigis sol exoriens.

Tetigit & hanc signandi consuetudinem Ci-
cero ad Atticum libro sexto epistola mihi
prima ad finem . C. Vennonius domum Vindulli
venit . Cum omnia obfignaret , in Vedianas res in-
cidit . &c.

Cuius etiam moris & Apul. gnarus fuisse vi-
detur apol. 1. pro se ipso , vbi Aemyliani ca-
lumnias , & argumenta refellit ; *Quamquam ,
ait , ipse aperiret (vt pote promus librorum , qui
illic erant conditi) penè quotidie & clauderet saepe
nobiscum , multo sapius solus intraret , linteum in
mensa posuim cerneret sine vlllo sigillo , siue vincu-
lo , & postea quod conditum , cumquè quod obfi-
gnatum , quod inclusum domi adseruatur id omne
argumento magicum dicitur , & libro 10. de Af.
aur. Donec iussu Magistratum ministeria publi-
ca contrèctatis nequissimi serui manibus anulum
ferreum deprabensum cum signo saculi conferunt.*
Atquè ipse etiam Herodot. Euterpe hanc ip-
sam consuetudinem his verbis memorat .
*Cum autem Rex forte fuisset ædificium ingressus ,
videretq; vasa nummorum imminuta , obstupuisse ,
nec habuisse quem insimularet cum & signa salua,
& ædificium obseratum esset . Adde & illud ,
quod*

quod ad hanc rem ait Cicero de oratore lib. secundo. *Ridiculum est illud Neronianum vetus, in furace seruo solum esse cui domi nihil sit nec obsignatum, nec oclusum.* Facit quoque instituto nostro D. Gregorij Nysseni testimonium in cantica canticorum, quo mone-mur suis etiam temporibus, eum morem viguisse, vt res domesticæ nullo discrimine signorum impresione munirentur. *Cum autem sigillum,* ait, *rei ab se absconditæ hoc largiatur, vt ea prædæ non sit exposita, dum furem signo perterrefacit, cumque id, quod furto non subtrahitur domino suo integrum maneat: iccirco encomium hoc sponsæ &c.*

Transeo ad promptuaria, siue cellas, quæ *Promptuaria* promiscue anulorum fidei committebantur. *ria.*
Plaut. in Cas. act. 1. sce. 2.

Obsignate cellas, referte anulum ad me.

Ad quem locum lambinus addit cera id fieri moris fuisse. Sic quoque Possid. de D. Augustino scribit, nunquam illum caluem, *nunquam anulum* in manu habuisse, sed ab iisdem domus præpositis cuncta, & accepta, & erogata notari solita, quæ anno completo eidem recitarentur. Tertull. verò apolog. aduersus gen. cap. 6. mulierib. vsq; adeo vino abstinere præceptum scribit, vt matronæ ob resignatos cællæ vinarie loculos sui inedia necarint, vbi Pamelius ex Rhenano *promptuaria* intelligit, quibus tum signa imprimeban-

bantur, quæ dum auellerentur, resignari dicebantur.

Lagena.

Quin & de lagenis, cibisq; omnibus testatur Cic. ad Tiron. lib. 16. epist. 26. *Sicut olim, inquit, matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliqua fuisse, quæ furtim essent exsiccata.* Est

Quid lagena.

autem lagena (ut illud etiam breuiter adnotarim) genus poculi angusti, ex qua non liberè liquor effloere solet, conficiturquè ex varia materia, & à viatoribus ferè circumgestatur. Sunt qui eam definiant vas vinarium, quo à cupa vinum in mensa apportaretur: ideoquè putent posse *fiascum* vulgariter dici. De ea meminit Martialis in Panaretum, fiebatquè potissimum è fici radicum filis, ut scribit Plin. lib. 16. cap. 31. In antiqua verò inscriptione *laguna* dicitur, ex græco, ut videtur vocabulo ducta, ut conijci potest ex Athenæi lib. 7. in quo lagynophoriæ meminit, quod erat festum quoddam in quo cœnatura discumbebant in toris è gramine stratis, ac reclinati è laguna quisq; sua, quam domo attulisset, bibebant. Has, inquam, viri siue mulieres auaræ potissimum obsignare solebant, ne à famulis obliquarentur, aut veneno interciperentur, quas ut uidissent resignatas, seruis irascebantur. Horat. lib. secundo epist. secunda.

Comis in vxorem posset quis ignoscere seruis;

Et

Et signo laeso non insanire lagenæ.

Et Pers. Sat. 6. ait.

Curuus ob id minui senio, aut cœnare sine
uncto.

Et signum in rapida naso tetigisse lagenæ.

Id est, inquit Nebris. nec tamen lagenas vino
plenas obsigno, quod auari faciunt penè na-
so signum tangentes, ut videant, salua nè
sint signa. Accedit Martial. testimonium cit.

loco, qui Luperci tabulas signare recusans
ait Nunc, signat meus anulus lagenam. Iam

verò & de alijs rebus escarijs ita Plaut. in *Cibi omnes*

Pers. Triparcos homines vetulos avidos bene ad obsignati.

mordere, qui salinum seruo obsignant cum sale. Ha-

bent hoc loco nonnulli codd. manuss. qui allium

seruo obsignant cum sale, quod meo quidē iudi-

cio verisimilius est; allium enim, & sal cibus *Pauperum*

olim pauperum, & seruorum erat. Iuuenal. *seruorū*

satyra 3. *olim quis*

cibus esset.

Quis te cum sectile porum

Sutor, & elixi veruecis labra comedit?

& Pers. Sat. 4.

— Tunicatum cum sale mordens cape.

Vt autem seruorum & rusticorum vstra-

tus cibus olim, & hodie fuit, sic quoq; & in-

ter militares cibos relatum est, quod veteri-

bus militiæ hieroglyphicum fuerit, Hinc

proverbium illud Græcis vulgare, ne edas

allia & fabas, quo, teste Suida, significabatur

tranquillæ vitæ amatoribus à bellis, vbi ma-

stoph.

Stroph. in equitibus milites coemptis prius allijs, & cepis naues conscendisse, dicit. & ibidē chorus Alantopolam incitans, ait, *vt ò amice inaliatus strenuè magis pugnes, nam allium creditur bellatorum vires excitare.* Sed Romanis quoquē nautis allij esum familiarem fuisse indicant illa Anthemonidis militis apud Plautum in Pœnulo.

————— *Tu autem plenior*

Allij, vlpiciq; quam sint Romani remiges.

Hinc & Galenus, allium, rusticorum thetiacam appellauit lib. 12. meth. med. cap. 8.

At è diuerticulo in viam redire licet, & quod ad ciborum obfignationem attinet nō vnus Plinij testimonio citato, libro & capite manifestum est *At nunc cibi quoq; & potus anulo vindicantur à rapina.*

Sed & Theophrasti auctoritate comprobatur, dum in cap. de obscœnit. hominem obsoletissimum his verbis notat. *Et reliquas de mensa raphanorum dimidias partes obfignare, ne fortè capiant pueri qui ministrant.* Quin etiam eiusdem consuetudinis apertissimè meminit Iuuenalis satyra 14. vbi tenacissimi hominis sordes infectatur, qui ad auaritiam exercendam verbis, & exemplis filium instituire conaretur, seruis nimirum cibos subtrahendo coctis fabis, & piscibus nimio niam æstu putridis (quos vernaculo sermone *sardillus* appellamus) signa imprimendo ne clā à seruis ederentur. eius verba sunt.

Seruorum ventres modio castigat iniquo,
Ipse quoq; esuriens: neq; enim omnia sustinet
vnuquam

Mucida cerulei panis consumere frustra
Hesternum solitus medio seruare minutal
Septembri, nec non differre in tempora cœnæ
Alterius conchem æstiuam cum parte lacerti
Signatam, vel dimidio putriq; siluro,
Filaq; sectiui numerata includere porri.

Ad quod etiam Martialis respexit lib. 14.
epigram. 79.

Ludite lasciuî, sed tantum ludite serui,
Hæc signata mihi quinq; diebus erunt.

Ceterum non domestica solum, sed & quæ
foris essent certis signis obmunita fuisse ob-
seruare est: maxime verò apud armentorum *Armenta.*
custodes qui, vt pecus suum ab alieno inter- *& greges.*
noscerent, signa quædam ei imprimere con-
sueuerunt, quæ quoniam ferro candente vre-
bantur à Græcis *ἐγκαύματα* dicta sunt. Ad
dam verba Isid. ex lib. 20. orig. cap. 16. *cha-*
racter est ferrum coloratū, malim ego caloratū, *Character*
quo notæ pecudibus inuruntur, character autem *quid sit.*
græcè, latinè forma dicitur. Meminit huius
consuetudinis Calphur. ecglo. 5.

— Vini quoq; pondera. melle

Argenti coquito, lentumq; bitumen abeno,
Impressurus oui tua nomina.

& Anacreon.

Equi solent inustum

Coxis habere signum.

H

Sed

Sed omnium optime Virg. primo. Georg.
Aut pecori signum, aut numeros impressit
aceruis.

& rursus in 3.

Continuòq; notas, & nomina gentis inurunt.

Deniq; Apul. lib. secundo de as. aur. Nec
non & equi illum quoq; meum reducentibus, quem
diuersum distractum nota dorsualis cognitione re-
cuperauimus.

Mancipia,
sive serui.

Verum præter greges, & iumenta, de qui-
bus diximus, mancipijs quoq; ipsis distin-
ctionis, & custodiæ causa notas quasdam ve-
teres inurebant. Hinc vir eruditissimus An-
dreas Alcia. Parerg. iur. lib. 1. cap. 26. obser-
uat in seruorum corporibus signa cuiusq; Do-
mini imprimi solita, quo agnosci in perpetuū
possent, quod etiam Labeonis responso com-
probatur, quo tamdiu fugitiuos custodien-
dos traditur, quamdiu ad præfectum vigi-
lum, vel ad prouinciæ præsidem deducantur,
eorumq; nomina, & notæ siue signa ad Ma-
gistratus deferantur. Vnde *litratos, stigmati-
cos, & iniustos seruos* apud Dionem lib. 19. hist.
Rom. & Plantum, & *inscriptos* apud Martia-
lem non vno loco appellatos inuenies. Erat
enim inscriptio antiquum genus supplicij,
quo summa irrogabatur ignominia, cum li-
beri hominis facies atris signis perpetuò mā-
suris, profundis characteribus incideretur.
Eius supplicij meminit Senec. lib. 3. de ira.
Ez verò incidebantur literæ, seu etiam verba
quæ

Inscriptio
quid anti-
quis.

quæ crimen indicarent causamq; notæ puta, *caue à fure: à fugituo*. Sæpe etiam plurium verborum fuit illa inscriptio. memorat enim Io. Zonoras annual. Tom. 3. quosdam, quod Imperatorem Theophilum liberiùs monuissent, inscriptos fuisse, & quidem ita, vt duodecim versuum epigramma exciperent illa vultus, vt ita dicam, tabula. Qua etiam ignominia nota affici solitos Christianos confessores docet Pont. Diac. in vita S. Cypriani, dum ait. *Quis deniq; tot confessores frontium notatarum secunda inscriptione signatos, & ad exemplum martyrij superstites reseruatos in centiuo tuba cælestis animaret*. Quin etiam, vt scribit Briss. lib. 6. de form. uenalitium seruorum trans mare aduectorum pedes creta notabantur, eratq; hoc insigne uenaltijs gregibus, & mancipijs, vt cretatis, siue gypsatis pedibus incederent.

Arbores præterea sigillis à proprijs Dominis consignari solitas, indicio est lex illa, qua dominium per ea signa argui posse probatur. L. quoquæ si neq; ff. de peri. & commo rei vèdi. Et vt discas, quantû fidissimo custo

Arbores

Gladij militum uaginis obsignati.

di ab antiquis tributum esset, Plutarchum in Pompeio uidere licet, cum enim accepisset Pompeius, milites in itinere flagitia committere, gladios eorum obsignauit, & qui signû amouisset, in eum consulebat.

Sed iam quod de sigillorum usu reliquum est paucis expediamus. Id adeò priscis illis

temporibus hominibus familiare fuit, ut tu-
ta uniuersa ferè, custoditaq; eo redderentur.
Hoc pacto Suidas, quem refert uir eruditiss.
Cæsar Bar. tom. 8. ad an. Christi 627. nu. 23.
cum de Heraclio pientissimo Imperatore, &
Sanctissimæ crucis acerrimo propugnatore,
atq; recuperatore uerba facit, hæc habet.

*Crucis li-
gna obsi-
gnata.*

*Ipsè verò acceptis viuificæ crucis lignis obsignatis,
quemadmodum accepta fuerant, atquè permanse-
rant Hierosolymam profectus Modesto Pontifici, &
clero monstrauit. Hi & sigillum incoluæ, &
intactum agnouerunt, & clauem ab eo sumpse-
runt, & adorarunt.*

Hanc ipsam usum multipliciter indi-
cant quoq; crebra Sacrorum Cõciliorum de-
creta cum ad actõrũ ipsorum consignationẽ,
quæ passim legentibus occurrunt, tum ad
alios item usum spectantia. Est id eiusmodi
quod in XVII. Toleta. Concilio sub Sergio
Pontifice Maximo decretum habetur circa
Baptisterij obsignationem ab initio Quadra-
gesimæ ad cœnæ Dominicæ celebritatẽ usq;
Licet initio Quadragesimæ (verba decreti sunt,
cuius hinc placuit exemplũ subnotare) *baptizã
di generaliter claudatur mysteriũ, tamen Ecclesia-
sticæ consuetudinis ordo deposcit, necesse est, ut
ostia Baptisterij in eodem die Pontificali manu anu-
lo signata claudantur, & vsque in cœnæ Domini so-
lemnitatem nullatenus referentur, ob id uidelicet,
ut & per signaculum Pontificum excepto grauif-
simæ necessitatis obuentu, in his diebus monstraretur,*

*Acta con-
ciliorum.*

*Baptisteria
initio Qua-
dragesimæ
obsignari
solita.*

per

per totum orbem non licere fieri Baptismum, & sanctificationem iterum episcopali ad eam obseruationem referata signetur Dominicæ paterè mysterium resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus homini, vt quia per Baptismum consepultus est in morte Christi resurgat cum eo in gloria Dei. Quod quia in aliquibus Ecclesijs minimè hæc sancta consuetudo ab episcopis custoditur, atque peragitur: idèd per hanc nostram sententiam sancimus, atque decernimus, vt ita à totius Hispaniæ & Galliarum Pontificibus custodiatur quatenus in prædicto die inijt videlicet Quadragesimæ & ostia sancti Baptisterij cum laudum consumatione claudantur, & ab Episcopis suorum signaculo obsignentur, ita vt nisi in cænæ Domini celebritate, quando more solito altaria debent deuestiri, eadem debeant ostia referari. Hactenus canonis verba.

Sed nequè ipsum Dominicum sepulchrum (quod ultimum locum tenebit) sigillis caruis se conijcimus iuxta id D. Matthæi cap. 26. signantes lapidem cum custodibus, quem signandi modum Nicephorus historiarū lib. 1. c. 32. in hæc verba expressit. *Primū, inquit, sigillū sepulchro est impressum, quod & intactum permansit, & custodia militaris illa & genere alienigena, quæ in propinquo sigillum obseruabat.* Præterea ingens lapis ad os sepulchri appositus & paulò post. *Traditum, inquit, nobis est, ab antiquis, Iudeos lapidem eum, qui in salutiferum illud sepulchrum pro operculo positus fuerat ad summum monumenti labrum, petramquè illi infernæ*

*Sepulchrū
Christi si-
gnatum &
quomodo.*

se coniungentem ferramentis quibusdam fabvili lapididarum arte perforasse, ferrumq; ingens à fabro ex propinquo acceptum per vtrumque foramen immisisse, & in circi, siue anuli formam circumegisse, atq; ita firmiter capitibus commissis omni ex parte vinculum circumduxisse, vt lapis qualicumquè modo loco suo reuelli, aut saltem ratione aliqua moueri (nisi arte quapiã & vi adhibita necessariò aut ferrum confringeretur, aut petra prorumperetur) non potuerit. Atq; ad hunc modum cum magna cura atquè etiam signo apposito, cum sepulchrum firmissimè communissent, custodia insuper competenti adhibita eos abuisse. Hæc Nicephorus, quibus consentiunt ea, quæ Beda de locis sanctis cap. 2. testatur dum ait: etiam suis temporibus illum superpositum lapidem monstrasse uestigia ferreorum uinculorum.

Sed libet hoc loco aliquid de ueteri pecuniarũ obfignatione, quã nos *depositũ* dicimus, inserere. Fuit is distrahendæ obligationis modus, qui solutionis instar (ut & hodie) se habebat, cum oblata pecunia consignata deponeretur; quo facto confestim, uti nunc est, debitor liberabatur, ut in L. tutor. pro pupillo ff. de admin. tu. Deponebantur uerò signatæ res interdum apud acta, uel officium l. si fideiusso. in fine ff. qui satisd. cog. interdum etiam in Cimiliarchio L. litibus. de agric. & censit. lib. 1. C. L. ult. C. de bo. auct. iud. poss. uel alio publico loco L. acceptam C. de usur. quandoq; etiam apud uirum aliquem bonum iudicis

Obfignatio
pecuniarũ,
siue deposita
ueterũ
quomodo
fieri solent.

iudicis arbitrato L. ult. ff. de tab. exhib. Vt plurimum autem apud ædem aliquam sacram L. si reus. ff. de procur. & Cicero ad Atticum lib. 5. epist. ult. *Græcis postulantibus, ut in fano deponerent, non concessi.* Quod ex antiquis moribus fluxisse puto, quibus consignatæ pecuniæ sacro commendari solebant, quasi tutiore loco esse non possent. Cuius rei exempla ex Græcis nobis idem Cicero lib. 2. de leg. suppeditat; & quod Herodianus scribit lib. 1. hist. in illo incendio, quo Pacis templum Romæ conflagrauit, magnam factam pecuniarum, quæ illic depositæ erant, iacturam.

Ephesios quoq; Dianæ templo pecunias signatas deposuisse, Dio Chrystostom. testatur oratione Rodiaca 31. cuius uerba ex interpretatione Thomæ Naogeorgi, hæc sunt. *Nostris haud dubiè, Ephesios, apud quos multæ sunt pecuniæ, partim priuatorum reconditæ in Dianæ templo, non solum Ephesiorum sed & hospitem, & hominum undecunq; gentium, partim & populorum, Regumq; (deponunt autem signatas eò securitatis gratia) &c.*

Atqui hunc ipsum in templis deponendi morem Trogius etiam Pompeius in epitome Iustini libri 32. prope finem testatus est, ubi Annibalis calliditatem ad decipiendos Creten-
Annibal
astus.
 tentes his uerbis percurrit. *Admonitus (Annibal) à Rege (Antiocho) in fugã Cretam versus desertur: ibi cum diu quietam vitam egisset, inuidiosumq; se propter nimias opes videret, ampho-*

ras plumbo repletas in templo Dianæ, quasi fortuna suæ præsidia signatas deponit: atq; ideo nihil de illo sollicita ciuitate, quoniam velut pignus opes eius tenebat, ad Prusiam contendit, auro suo in status, quas secum portabat infuso, ne inspectæ opes vitæ nocerent. In iudicijs quoq; id ipsum continebat: deponebant enim litigantes apud Pontificem certam pecuniæ summam pro litis conditione, quam pecuniam, quod in sacro deponeretur, sacramentum uocabant. Sic enim Varro lib. 4. de lingua lat in in fine. Ea pecunia quæ in iudicium venit in litibus, sacramentum à sacro. Qui petebat, & qui inficiabatur, de alijs rebus uterq; quingentos æris ad Pontificem signatos deponebant, de alijs rebus itè certo alio legitimo numero assium. Qui iudicio uicerat, suum sacramentum à sacro auferebat, victi ad ararium redibant. Præter ista uerò tabulæ etiam (supra indicatum) omnes pactioinum, fœderum, & contractuum in delubris Deorum custodiri solebāt, Aeditui fidei commēdata. Papinianus in L. cum pater 77. §. donationis de legat. 2. Donationis prædiorum epistolam, ignorante filio, mater in æde sacra deposuit, & literas tales ad Aedituum misit: instrumentum voluntatis meæ post mortem meam filio meo tradi volo. Quæ uerò deponebantur pecuniæ, ex in sacculo consignabantur L. ult. ff. de lege commiss. signis, ut ego quidē sentio priuatis, non ut quidam somniant, publicis. Quorum opinionē, præter uarios Pandectarum locos, illud

illud etiam Ciceronis in Verrem act. 7. satis refellit: *ipse in tabellas refert, obsignat signis amicorum*. Ea gratia Nummularij quoq; adhiberi solebāt; id quod ex Apul. lib. 10. Metamorphos. colligitur. *Ne fortè aliquis istorum, quos offers aureorum, nequam, vel adulter reperiatur, in hoc ipso sacculo conditos, eos anulo tuo prænota, donec altera die Nummulario præsentem comprobentur*. Ceterum quid iam amplius? cum & arcana in hominum pectoribus, oraquè ipsa sigillis clausa mysticè comperias. De

Hephestionis os ab Alexandro sigillo clauditur.

Alexandro Magno Plutarchus refert in Apophtegmatibus tantum ab ipso sigillis tributum esse, ut cū epistolā à matre accusationes secretas in Antipatrum calumniasq; continentem una cum Hephestione de more legisset, nihil quidem illum prohibuisse, anulū tantum sibi detraxisse, ac illius ori sigillū imposuisse, quasi obstricta amici fide, silenda obsignaret.

Hæc sunt, quæ mihi innumeris curis distento multorum annorū uigilijs de ueteri signandi more exiguo libello congesta inciderunt, ea ut grata uobis, iucundaq; eueniant quàm maximè opto; & cum sigillo Apostoli (de quo Illustrissimus Cardinalis Baronius annalium tomo primo ad annum Christi 60.) tractatum concludo. *Gratia Domini Nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.*

INDEX RERVM, Et verborum .

A

- A** *Brahami Gorlai dactiliotheca . 42.*
Adrianus Pontifex I. plumbo prior signavit .
 75.
Aeacus cur à Iafæo anulo donatus . 21.
Aedes signari solita . 107.
Aegyptij quomodo mundum pingerent . 16.
Sphynges apud eos quid indicarent . 36.
Eorū signata in literis transmittendis . 70.
Africanus prior gemmam anulo inclusit . 35.
Alexandri Abonotichitæ astus in epistolis resi-
gnandis . 65.
Alexandro Magno quando cōmissa sigilli cura . 22.
Alexander Magnus anulum moriens Perdiccæ
tradit . 22.
Allium , & sal quorum olim cibus . III. & II2.
Allium robur excitat . ibid.
Theriacam rusticorū Galenus appellat . ibid.
Amicorū imagines anulis olim gestata . 38. & 41.
An antiquis pro circum . 16.
Anci Carseolani testamentum à Pompeo Magno
obsignatum . 84.
Animæ immortalitatem natura humana tacite sa-
tetur . 86.
Annibal Marcelli anulo positus . 23. 51.

Astus

Astus eiusdem. 117.

Antiochus anuli traditione imperij curam tradit.

22.

Anuli ethymologia 1.

Anuli nomina apud antiquos. 2.

Anulos conuiuæ veteres deponebant. 3.

Anulorum vsus triplex. 4.

Anulus sponsalitijs quid, & cur sponsæ datus. 4. 16.

Anulus arrhæ loco datus ibid.

Anulus sponsalitijs B. Virginis ubi asseruetur ibid.

Anulos Romani honoris ergò donabant. 5.

Anulis honorarijs ad obsignandum veteres vsi. 5.

Anulorum gestandorum mos antiquissimus. 11. & 12.

Anulus fideiussor extremæ voluntatis. 12.

Anuli origo incerta. 13.

fabulosa. ibid.

Anuli an ad ornatum inuenti. 15. & 16.

Anulus cur circularis. 16.

Anulus signatorius inter ornamenta non recenseri solitus. 16.

Anulus signatorius penes matrem familias olim manebat. 16.

Anulus interdum maiori natu liberorum traditus. 17.

Anulus marito mortuo apud quos esset. 17.

Anuli curam Cicero Q. F. commendat. 19.

Anulus sponsor voluntatis. 20.

Anuli signatorij traditione plenaria potestas data. 22.

Anulos furati sunt multi. 23.

Anuli traditione hæredes designati. 24.

Anuli Dijs, parentibusq; dicati. 25.

Anuli aurei ius quibus olim competeret. 26. & 28.

- Anulos plures gestare turpe habitum.* 30.
Anulus quo digito gestandus. 32. 33. & 34.
Anulos latrinæ, aut lupanari admouere quando olim capitale. 41.
Anulis varia signa efficta referuntur. 35. per totum caput.
Anulus Sum. Pontif. cur piscatoris dictus. 80.
Anulis plusquam animis credi Seneca queritur. 89.
Arbores obsignari solita. 115.
Arcæ olim obsignata. 106.
Argento quando signatum. 74.
Armenta signata. 114.
Arrham omnē symboli nomine ueteres intelligebant. 3.
Arrhæ loco anuli dati. 11. & 12.
Artabazi stratagema in literis mittendis. 70.
Artes resignandarum literarū apud veteres. 65. & 66.
Assyriorum signa ad literas transmittendas. 70.
Athenienses Philippi epistolam non soluunt. 73.
Auari lagenas obsignare soliti. 110.
Augustus deficiens anuluræ Agrippæ dedit. 22.
 Quod eius signum in anulo. 36.
D. Augustini signaculum. 45.
 Nihil umquam domesticum signauit, aut clausit.
 109.
Auribus anulos gestare antiquus mos. 34.
Auro quando signatum, & à quibus. 74.
Auspices nuptiis interesse soliti. 100.
Autumni intemperies morbos gignit.
 B.
B *Aptisteria obsignari solita & quo tempore.* 116.
 & 117.

Et verborum.

115

- Barbarorum mos auribus anulos gestandi. 34.
Bellerophontis mira continentia. 73.
Britanni quo digito anulum gestent. 33.
Brutus Consul cur morte filios damnarit. 55.
Brutus ad Ciceronis testamentum obfignandum vocatus. 84.

C.

- C**Aesar cur inter orandū digitiū anularē tolleret. 23.
C. Silius Messalinam uxorem ducit. 99.
Canabaceorum funicularū usus apud Pontif. Max. 80.
Capite litera impressa. 67.
Captatorum artes. 82. Et 83.
Catella collo litera alligata. 71.
Cattis ignominiosum ferre anulum ferreum. 28.
Cecinnæ victoriam hirundines nunciant. 71.
Cellæ vinariæ signis munitæ. 109.
Cera cum lino usus ad signandum. 62. Et 65.
Cera prima, Et vltima quid. 94. Et 95.
Cera diuersi coloris usus apud Rom. Pontif. 80.
Cethego signum epistolæ ostenditur. 55.
Chalcedonijs ab Abonotichita decepti. 65.
Chartaginsensium mos de anulis induendis. 5.
Christi sepulchrum quomodo signatum. 115. 116. Et
117.
Christianorum signa in anulis quæ esse debeant. 42.
Cibi omnes obfignari soliti. 111.
Cibus seruorum, nautarum, militum, Et rusticorum
qualis olim. 111. Et 112.
Cicero Q. F. anuli curam suadet. 19.

Cice.

- Ciceronis locus restitutus. 19. & 20.
 Cicero ob resignatam epistolam se excusat. 72.
 Cicero Brutum sui testamenti obsignatorem optat. 84.
 Ciceronis locus explicatus. 85.
 Cista ab antiquis vinculis obmunita. 14.
 Classici, & alligati testes. 90.
 Claudere latus quid. 77.
 Claves anulata antiquis in usu. 45. & 46.
 Claves signari solita. 106.
 Cleomenis filia tabellarum stratagema aperit. 68.
 Clearchi anulo quid insculptum. 21.
 Clericis simplicibus anuli ius non competit. 18.
 Cognatis nefas tabulas obsignare. 87.
 Collationem facere vulgò vnde sit. 2.
 Columbae epistola creditae. 70.
 Columba fida nuncia. ibid.
 Columbae proprietates quaedam ibid.
 Columbae cum literis ab Hircio ad Brutum missae. 71.
 Commodi Imperatoris sigillum. 47.
 Condulum prisci anulum dicebant. 2.
 Conradini Principis Neapolitani mors vnde. 31.
 Conuiuium eranos dictum quale. 3.
 Cornix Morrhis nuncia. 71.
 Crasso cur concessum duos anulos gestare. 30.
 Creta ad obsignandum veteres vsi. 61. & 62.
 Cretae & ceræ vsus promiscuus ibid.
 Creta seruorum pedes signati. 115.
 Crispini Consulis astus. 51.
 Crux cur signaculum appellata. 102.
 Crucis ligna obsignata. 116.
 Crucis signum in anulis olim. 45.

- Curiosi arguuntur. 74.
Cyrenenses ob anulorum pompam reprehensi. 32.
Cyri imaginem Persarum reges anulis gestant. 38.

D.

- D** Arij anulus. 37.
David Prophetæ signaculum. 36.
Demarati pietas in patriam. 68.
Deorum imagines in anulis. 38.
Nefas apud Christianos. 42.
Depositarum pecuniarum obsignatio. 116. 117. & seq.
Dextera pars olim sinistra uilior. 76. & seq.
Digito minimo proximo cur anulus gestandus. 32.
Digitus annularis & medicinalis. 33.
Ignauissimus omnium ibid.
Græcè quomodo vocetur. ibid.
Digitus index cur salutaris dictus. 34.
Doctoribus cur detur anulus. 18.
Donari anulo apud Persas quid sit. 21.
Duces Veneti plumbo signant. 75.

E.

- E** Neaustum quid. 75.
Epicuri imago in anulis. 38.
Episcopo cur detur anulus. 18.
Episcopo quo digito anulus gestandus. 34.
Epistolæ non resignabantur ante signorum recognitionem. 50.
Epistolæ quibus commissæ. 56.

Epi-

- Epistola amatoria à quibus gestari solita.* 56.
Epistola an statim resignanda. 63.
Epistola catellæ collo alligata. 71.
Epistola aliquando pro testamento. 104.
Equitum insigne anulus aureus. 28.
Erasmi sigillum. 49.
Ethymologia anuli. 1.
Excusatio Ciceronis quod epistolam resignavit. 72.
Exterior dictus olim, qui ad dexteram esset. 78.

F.

- F** *Abæ coctæ signatæ.* 112.
Falsariorum semper copia exstitit. 99.
Quomodo puniti à Romanis ibid.
Falsitatis suspecta paupertas. 89.
Federicus Imperator suspectas sibi epistolas non resignat. 73.
Eiusdem responsio ingenua. 74.
Figmenta varia ad mittendas literas excogitata. 67
& seq.
Fæminis vetitum signare tabulas. 87.
Fæminis olim testari licitum. 88.
Vide. mulier. materfamilias, & vxor.
Forma sponsaliorum apud antiquos. 100.
Formula obsignandarum tabularum. 81.
Eius auctor. 82.
Funiculorum canabaceorum, & sericeorum vsus apud Rom. Pont. 80.
Furtina scripta quis prior excogitarit. 67.

G.

- G**abinij à Sexto Tarquinio proditi. 53.
 Galbæ anulo quid insculptum. 37.
 Galli quo digito anulum gestent. 33.
 Gasparis Sollichij literas suspectas Imperator non resti-
 gnat. 73.
 Gladij militum à Pompeio vaginis obsignati. 115.
 Græci Principes quando plumbo signarent. 75.
 Græci vilissima suppellectilis obsignabant. 107.
 Grunij Corocottæ testamentum. 97.

H.

- H**æredes per anuli traditionem olim designati.
 16. & 24.
 Hæredes testamenti exemplum penes se retinebāt. 104.
 Heliogabali luxus in anulis. 32.
 Hephæstionis ori sigillum ab Alexandro cur admotum.
 121.
 Hieronymi Borsarij sententia de nota quadam. 43.
 Hircius ad Brutum literas per columbam misit. 71.
 Hirundines victoriæ nunciæ. 71.
 Histieus quo figmento literas transmittat. 67.
 Homerus à Plinio an rectè citatus. 14. & 15.

I.

- I**acobus Treccia primus adamante insculpsit. 36.
 Iamæ obsignata. 106.

- Icuncula fictiles parua sigilla dicta.* 7.
Imagines varia in anulis. 36. 37. & seq.
Inscriptio supplicij species. 114. 115.
Inscribendi ratio ibid.
Inscripti serui. ibid.
Insomnia de anulis quid portenderent. 25.
Interior pro sinisterior. 78.
Ioseph anulo à Pharaone donatus. 12.
Iosephi anulus cruce[m] insculptam habuit. 36.
Ire exterior, & interior quid. 77.
Iudas Thamar anulum dat loco arrhae. 11.
Iureconsulti veteres signata responsa reddebant. 18.

L.

- L** *Acedemonij anulo ferreo vsi, & cur.* 28. 29.
L *Acedemoniorum stratagema in literis mittendis.*
 68.
Lagena obsignata. 110. 111.
Lagena quid, ibid.
Laterones qui. 77.
Latus tegere, & claudere quid. 77.
Latus inectum, & nudum quod. ibid.
Lex Platonis in conuiuas auaros. 3.
Libertini aliquando aureis anulis donati. 27.
Lignis à vermibus exesis veteres pro sigillis vsi. 47.
 & 48.
Lini vsus ad obsignandum. 62. 63. 64. & 65.
Linea sigillo obmunita. 108.
Litera in ligno cera obducta. 68.

- Literæ sagittæ inuolutæ. 70.
- vide epistolæ.
- Literati serui cur ita dicti. 114. 115.
- Locus Ciceronis restitutus. 19.
- Locus Ciceronis explicatus. 85.
- Locus Plinij examinatus. 13.

M.

- M**acedonum mos circa anulos. 5.
- Mane scripturæ signari solitæ. 98.
- Manus læua dextera otiosior. 33.
- Marcelli anulo Annibal positus. 23.
- Marci Antonij testamentum apud Vestales asseruatum. 105.
- Marcus Princeps signum epistolæ cur combusserit. 54.
- Mardocheus ab Assuero anulo donatus, & quid illo factum sit indicatum. 21.
- Matrifamilias olim signatorij anuli cura commissa. 16. & 30.
- Matrifamilias quæ olim circa res familiares diligentia. 17.
- Materfamilias inedia à suis enecata & cur. 17.
- Mecænatiss anulus. 3.
- Mecænas an furtiu scripti inuentor. 67.
- Membranæ parum in usu temporibus D. Augustini. 52.
- Messalina nuptiæ nefandæ. 99. & 100.
- Mentori cur ab Hermia anulus datus. 22.
- Morrhæ cornicem nunciam habuit. 71.
- Mos antiquorum cistas vinculis muniendi. 14.

- Mos humectandi sigillum saliu. 64.
 Mores resignandarum epistolarum apud antiquos. 64.
 & seq.
 Mulieres olim abstemia. 104.
 Mulieribus vetitum signare. 87.
 Mundus quomodo ab Aegyptijs pictus. 16.

N.

- N** Africa à Corano illus. 83.
 Nobiliores testes priores signabant. 95.
 Nota cuiusdam examinatio. 42. & seq.
 Nuptiales tabulae obsignatae, quomodo, & quando. 99.
 100.

O.

- O**bsignatio matutinis horis fieri solita, & cur. 98.
 Obsignationis pecuniarum ritus antiqui. 116.
 117.
 Obsignatio species vadimonij. 84.
 Obsignatores ignari eorum quae testamentis continebantur. 87.
 Obsignandi res familiares quid fuerit in causa. 17.
 Origo anulorum aureorum à quo. 29.
 Oscilla quid. 7.

P.

- P**alla aurea quando signatum. 47.
 Patera obsignata apud Plautum. 108.

- Patroni caularum anulis honestati. 29.
 D. Paulus cur in sigillo Pontificio dexteram teneat. 76.
 D. Paulus comes, & stipator Petri. 78.
 Pauperes ab obfignando reiecti. 89.
 Pauperum cibus olim. 111.
 Pecuniarum obfignationis ritus. 116. 117.
 Persis quid si donari anulo. 21.
 Petronis Gabinij interitus. 53.
 Petronius Arbiter anulum cur fregerit. 57.
 D. Petrus cur ad siniftram Pauli in sigillo Pontificio.
 76.
 Philippus Alexandro sigilli curam quando commife-
 rit. 22.
 Pirrhi anulo quid inſculptum. 37. & 41.
 Piſces ſignati. 112.
 Platonis lex in conuiuarum auaritiā. 3.
 Plinij ſententia de anuli antiquitate examinata. 13.
 Plinius ſacræ ſcripturæ ignarus. 15.
 Plinij querela de ſeruis. 17.
 Plinij iunioris anulus qualis. 37.
 Plumbi uſus ad obfignandum. 75.
 Pompeij interempti anulum illachrymans Ceſar reci-
 pit. 24.
 Pompei ſignaculum in anulo quale. 37.
 Pompeius Carſeolani teſtamentum obſignat. 48.
 Pontifices quando plumbo ceperint ſignare. 75.
 Pontificij ſigilli forma. ibid.
 Principes Græci quando plumbo ſignarent, & quando
 cera. 75.
 Proletarij & capite cenſi qui. 90.
 Promiſſerens quomodo ſibi inuicem deeres. 4.

- Promptuaria sigillis custodita. 109.
 Ptolomæus Alexandri mortui digito anulum detra-
 hit. 22.
 Ptolomæi testamentum ubi repositum. 104.
 Pugillares, & eorum usus. 51.
 Pupillaris substitutio quando resignaretur. 103.

Q

- Querela Plinij de seruis. 17.
 Querela Senecæ in infidos. 88.

R.

- Raphani obsignati. 112.
 Resignare proprias tabulas testatori licitum. 88.
 Resignandorum testamentorum ritus, & formula. 102.
 & seq.
 Resignandarum literarum modi varij apud veteres. 65.
 66.
 Responso Federici Imperatoris ingenua. 74.
 Rogati testes signabant. 97.
 Romani anulis scribas, & milites honoris ergo dona-
 bant. 5.
 Romanorum aliqui anulis abstinuere. 30.
 Romanis quomodo concessum signare. 35.

S.

- Sagittæ literæ inuolute. 70.
 Sal & allium quoriam olim cibus. III. & 112.

- Salina sigillum humectandi mos. 64.
 Samoethracius anulus cur sic appellatus. 2.
 Sardille pisces obsignati. 112.
 Sardoniches ceram non aufert. 35.
 Sculpturę vsus in gemmis. 35.
 Scrinia obsignari solita. 106.
 Scripta furtina quis inuenerit. 67.
 Scripturę omnes contractus signari solitę. 81. & seq.
 Seleucij anulus. 37.
 Senecę querela in infidos. 88.
 Sepulchrum Christi quomodo signatum. 116. & 117.
 Seruis vetitum statuas aliquas tangere. 8. & 9.
 Seruorum mos ad statuas confugiendi. ibid.
 Seruis vetitum aureos anulos gestare. 26. 27.
 Serui furtiui scripti inuectores. 67.
 Serui iniusti, inscripti, & literati qui olim. 114. & seq.
 Serui venalitij creta notati. 115.
 Sexti Tarquinij astus recensetur. 53.
 Sigilli vocabulum quid antiquis. 6.
 Sigillorum, siue fictilium icuncularum origo ibid.
 Sigillorum huiusmodi commutatio religiosa. 7.
 Sigilla, id est, icunculę dono transmitti solita. 7.
 Sigillorum appellatione statue acceptę. 8.
 Sigilla Eratoſtheni quid. 10.
 Sigillum antiquis plerumq; anulus signatorius. 10.
 Sigilla lignea a vermibus exesa antiquis familiaria.
 47. & 48.
 Sigilla ipsa cur transmitti solita. 57. & 58.
 Sigillum alterius ostendens tanquam procurator admis-
 titur. 60.
 Sigilli Pontificij forma. 75.

- Signaculum crux cur appellata.* 102.
Signare Romanis quomodo concessum. 35.
Signandi modi varij. ibid.
Signi, & signaculi differentia. 11.
Signa epistolis apposita inspici solita, antequam epistole resignarentur. 50.
Signum fidem faciebat à quo literæ darentur. 51.
Signis summa fides habita. 49. *per totum caput.*
Signi inspectio falsitatem aperit. 56.
Sinistra pars dextra olim dignior. 76. *& seq.*
Sisemi epistola traditur ignoto anulo signata. 57.
Solonis lex de anuli signatorij venditione. 16.
Sphynx quid. 36.
Sponsaliorum apud antiquos forma. 100.
Statuas aliquas tangere cur seruis vetitum. 9.
in Statuas antiquorum obseruantia. 10.
Statilio signum epistole inspiciendum ostenditur. 55.
Stella hieroglyphicum immortalitatis. 43.
Stephanus III. Pontif. primus plumbo signauit. 75.
Stipatores qui. 77.
Stratagemata vide signenta.
Stylus quid antiquis. 63.
Subscriptionis formula in testamentis olim. 101.
Subscriptionis terminus crux. ibid.
Supellex domestica olim obsignata. 105. *& seq.*
Syllæ anulus qualis. 37.
Symbolum quid antiquis. 2.
Symbolum duplex, & discrimen. ibid.
Symbolum pro quavis arrha acceptum. 3.

T.

Tabellis frequentius ad scribendam veteres quam
membranis vsi. 52.

Tabule omnes signari solite. 81. & seq.

Tartarorum Imperatoris sigillum. 49.

Tegere atus quid. 77.

in Templis deponerentur res signate. 116. & seq.

Templi Pacis conflagratio. 117.

Tesserarum vsus loco presentis pecunie. 3.

Tessere omnes à priscis symbola dicta. ibid.

Testamenta heredibus ante obsignationem ostendi solita. 82.

Testator interdum solus signabat. 92. & 96.

Testamentorum diligentiam Cicero commendat. 86.

Testamenta periculo impendente veteres faciebant. 92.

& 93.

Testamentum antiquis quotuplex. 93.

Testamenti plures olim tabule. 96.

Testamenta obsignata vbi asseruari solita. 104. 105.

Testamentum militis epistola contentum. 104.

Testamentum Grunij. 97.

Testamenta in templis signari solita. 99.

Testamenta post mortem testatoris resignata. 108.

Testamentorum resignandorum ritus, & formula. 102
& seq.

Testes I. C. ad signandum vocati. 83.

Testes nobiles adhibiti. 84.

Testes amici, & noti. 83.

Testes

- Testes ignari eorum que testamento continerentur. 87.
 Testes obsignatores, & signatores dicti. 88.
 Testes pauperes ab obsignando reiecti. 89.
 Testes classici, & alligati qui dicerentur. *ibid.*
 Testium numerus septenarius. 91.
 Testes quo anulo signarent. 94.
 Testes rogati signabant. 97.
 Thripidesta quid. 47. & 48.
 Tiberij cubicula tabellis, & sigillis exornata. 60.
 Timotheus Dux sigillum oppignorat. 12.
 Timoxeni stratagema. 70.
 Tiribazus signum ostendit antequam epistolam resignet.
 50.
 Tiro Ciceronis libertus furtiui scripti author. 67.
 Tyrannorum imagines anulis gestare vetitum. 40.

V.


- V** Adimonij species obsignatio antiquis. 84.
 Vasa nummorum obsignata. 108.
 Veneti Duces plumbo signant. 75.
 Verba ad obsignatores. 97.
 Verres quanti fecerit anulos signatorios. 23.
 Verres multos surripuit anulos. 56.
 Veteres quomodo sibi inuicem promitterent. 4.
 Victoriæ Cecinæ hirundines nunciant. 71.
 Virginum Vestalium curæ testamenta tradita. 104.
 105.
 Vitalianus dum signum in epistola recognoscit, occiditur. 52.

ERRATA GRAVIORA

Sic corrige.

Pag 2. ferro		ferreo .
3. comessalia		comessalia .
17. sigillum	supple	redderent .
ibid. que		quo facto .
14. Oberratia		obseraus .
16. praescriptione		proscriptione .
22. Perdica		Perdicae .
24. sacculum		sacculum .
26. ferreus		ferreum .
40. sunt falsissima		lege, & falsissima .
44. Iidem Gretsero		idem Gretserus .
54. quem		quam .
ibid. quod apud Am &c.	lege	quod est &c.
64. Roiberus		Robertus .
68. teretes		teretes .
73. peregere		pergè .
ibid. aliquid		aliquid .
91. cum à Clodio		cum Clodio .
97. Guteri		Guteri .
101. consignate		consignatæ .
112. situere		instituire .

Reliqua, si quæ aut perperam distincta sunt, aut leuiter corrupta, siue etiam ex postillis aliquot transposita, typographorum inanis sunt, quas quisuis emendabit, proprijsq; locis aptabit.



BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

